

PASSIO

DOMINI NOSTRI IESV
CHRISTI, SECUNDVM QVA-
tuor Evangelistas, in Mediotessa-
ron comportata, ac breui exa-
positione illustrata, et que
ex sacris literis con-
cinnata.

(:.)


¶ Authore F. Henrico Helmestio
Germipolitano.

C. R.
Cat. Inscript.

¶ Cum gratia & Privilegio Cesar. Maiest.
Excudebat Iaspas Gennepeus.

M. D. LVII.





ORATIO A
PRAECONE VERBI DEI
ANTE SERMONEM PRO
gratiz imploratione,
dicenda.



Mnipotens & misericors Iac. 1. 5
pater luminū, & Deus sciē- Sapie
tiarum, qui attingis a fine
in finem fortiter, & dispo-
nis omnia suaviter, per viscera mise-
ricordiz & bonitatis tuę diuitias te Sapie
obtestor, da mihi sedium tuarum af-
fistricem sapientiam, quę ex ore tuo
prodijt, ut mecum sit & laboret. Ut
deducat me in opibus meis sobrie, &
me sua potētia custodiat. Sapie Quatenus
quę ora mutorum aperit, & linguas
infantium disertas facit, etiam mihi
misericorditer in auxilio opportuna

A ñ no

ORATIO.

no dare dignetur sermonē rectum,
 & bene sonantem, in gratiā sale con-
 ditum, qui gratiam & ædificationem
 fidei auditoribus tribuat. Qui corda
 illorum illuminet, affectus inflāmet,
 omnesq; in omni opere & sermone
 bono in finem usq; confirmet. Da mi-
 hi pater misericordiarū & omnis con-
 solationis deus, sermonē in apertio-
 ne oris mei, cum fidutiā notum face-
 re mysterium Euangelij, pro quo
 præcone fungor hac hora, tanquam
 deo exhortante per me. Aperi etiam
 ostiū cordis populi huius, ut in cor-
 de bono & optimo uerbum gratiæ
 tuæ recipiant & retineāt, fructumq;
 plurimū in quo tu glorificeris in pa-
 tientia, adferant. Ne sint auditores
 obliuiosi, neq; diabolus illud de cor-
 de eorum tollat, magis autem faciat
 quæ

Hebr. 4.
 Eph. 4.

2. Thef. 2.

2. Cor. 2.

Eph. 6.

Mat. 13.
 Luc. 8.

Jacob. 1.

ORATIO.

quæcunq; placita sunt coram te, & prosperetur in his ad quos illud mit-
tis per oris mei tubā. Proinde te pa-
trem cœlestem præcamur, miserere
nostri, & omni benedictione cœlesti
benedic hæreditati tuæ. Et tu fons sa-
pientiæ, lux mundi, splendor pater-
næ gloriæ, illumina vultum tuum su-
per nos, ut cognoscamus in terra viā
tuam. Et tu bonitas abyssalis, spiri-
tus paraclete, miserere nostri, ac cha-
ritatem tuam in corda nostra diffun-
de, ut in ea omnia opera nostra faciē-
do, bona illa ineffabilia quæ diligen-
tibus te præparasti, tuo fulti adiuto-
rio & gratia, consequamur. Per Do-
minum nostrū Iesum Christum, qui
tecum uiuit & regnat in unitate spi-
ritus sancti deus, per omnia secula se-
culorum, Amen.

Isaie. 55

Ephe. 2.
Eccl. 1.

Iob. 1.

Heb. 1.

Psal. 66.

Rom. 9.
1. Cor. 6.
Iac. 1.

A iij

Alia

ORATIO.

ALIA ORATIO AD
eundem scopum.

Psal. 65. **D**EUS refugium nostrum & uirtus, fons sapientiæ, & omnium bonorū mare exuberans: Sine cuius ope nihil est pium, nihil sanctum, nihil bonum. Tu per os electi & dilecti Apostoli tui Iacobi dixisti: Si quis indiget sapientia (quæ omnium bonorum mater est, & sine qua nemo tibi placuit ab initio) postulet eā a deo, qui dat eam omnibus affluenter, eo quod diues es in omnes qui te inuocant in ueritate. Ideo ad thronū gratiæ tuæ cum multa fiducia confugio, ut sapientiam & uerbum consequar, & ibi gratiam inueniam in hoc auxiliū & donationis tēpore opportuno, quibus opus habeo in munere isto absoluendo, quo pro te immeritus

*Iac. 1.
Sapient. 7
Sapient. 9
Rom. 10.*

Heb. 4.

*2. Cor. 5.
Danic. 12*

ritus

ORATIO.

ritus ecclesiae fungor, tanquam te
 per me exhortante, & ad iustitiam
 auditores erudiente. Proinde per Rom. 15.
 bonitatem tuam & spiritus sancti cha-
 ritatem te obtestor, da mihi os & sa-
 pientiam, ut concreascit in pluuiam
 doctrina mea, & fluat sicut ros lucis Dent. 12.
 ante lucanum eloquium meum. Quasi
 imber super terram arētem, & quasi
 stillae super gramina. Ut uerba oris Isai, 55.
 mei auditorum corda tanquam ter-
 ram sitientem inebrient sua gratia, &
 infundant scientiam salutis & sancto-
 rum, & germinet sicut lilia iustitiam
 & pietatem. Ut conuertere possim
 oris mei tuba, corda patrum in filios Luc. 3
 & incredulos quosque, & qui tibi am-
 bulant ex aduerso ad prudentiam iu- Rom. 8.
 storum, quae uita deo & Euangelio Phili. 4
 digna, & pax Dei est, quae omnē sen- Rom. 14
 sum

ORATIO.

sum, exuperet. In quibus qui Christo
seruiunt, placent deo, & probati sunt
hominibus. Da etiam ut tibi parare
possim hac mea (qualis qualis est) o-
pera, plebē perfectam, sicut tu pater
coelestis perfectus es, & magister nos-
ter filius tuus dilectus est perfectus.

Matth. 5
Luc. 6

Per eundem dominū nostrum Ie-
sum Christū, qui tecum in uni-
tate spiritus sancti uiuit &
regnat deus, per o-
mnia secula se-
culorum.
Amen.

PASSIO DOMINI nostri Iesu Christi, se-

cundum quatuor Euangelistas, in
monotesseron comportata, ac bre-
ui expositione illustrata: ea-
que ex sacris literis con-
cinnata.



*R*etribuebant mihi mala pro bonis, odium pro dilectione mea, Ait uir secundum cor dei, in psona Christi seruatoris nostri. Vel potius sub nomine sanctę & indiuiduę trinitatis: Nępe, patris, & filij, & spūs sancti. Nam deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatē suam qua dilexit nos, cū mortui eramus peccato, serui diaboli, filij irę & maledictionis, proiecti à facie oculorum dei, dati in reprobum sensum, excęcati per maliciã, uenditi sub peccato ut faceremus malum, & addendo prauaricationes, ac peccatum super peccatum, semper proficiebamus in peius. Quando omnes declinauimus, & simul inutiles facti sumus, & nō erat amplius qui faceret bonū, etiam ne unus quidem. Et sine omni timore filij hominum perpetrauerunt mala, gloriabantur in malis

Psal. 3.

et 108.

1. Re. 15.

Eph. 2.

1. Re. 21.

2. Thi. 3.

Psal. 13.

52.

Rom. 2.

Eccle. 8.

A cia

2 PASSIO DOMINI NOSTRI

Pfal. 51. **Prou. 2.** **Prou. 18.** **Pfal. 35.** **Pfal. 101.** **Pfal. 76.** **Rom. 8.** **Hier. 31.** **Rom. 5.** **Sapi. 7.** **Tob. 12.** **Tob. 10.** **Ephe. 2.** **Tit. 3.** **Rom. 11.** **Ioan. 3.** **Rom. 9.** **Esa. 10.** **Rom. 10.** **Matt. 22.**

cia, lætabatur in malefactis, & in rebus pessimis exultauerunt, in profundū malorū uenerūt, & omne salutis auxiliū cōsiliūq; spreuerūt, noluerūt que intelligere ut bene agerēt, & uita hominum inferno appropinquasset, cum uenisset tēpus miserēdi eius, nō potuit amplius in ira sua cōtinere misericordias suas, & proprio filio suo nō parcens, sed ex charitate ppetua qua dilexit nos, ex abyssi bonitate, ex pietate & misericordia uiscerali, quādo adhuc inimici eius eramus secundū tēpus, pro nobis omnibus tradidit illū in mortē crucis. Sed & cū illo omnia bona sua & semetipsum nobis donauit. Sic uenerunt nobis omnia bona cum Christo. Sic per illum omnibus bonis repleti sumus. Sic omnia bona simul in illo uno habemus. ¶ Sed dignatio & charitas patris hoc fuit, & donū dei gratuitum, nō ex operibus iustitię quę nos fecissemus, ne quis gloriētur. Sic reliquię secundum dilectiōnē gratię dei saluę factę sunt & fiunt credentes in Christum. Si autem gratia? iam non ex operibus. gratiam & fidem præcedentibus. Alios qui gratia non esset gratia. Hinc alibi adfertor noster gratuitam dei patris bonitatem exaltans, ait: Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam, hoc est, uerbum consummans omnem iustitiam, & amoris, qui est plenitudo legis & omnis cōsummationis finis, in quo tota lex pendet & prophetę, & nihil ominus abbreviās, quod dominus fecit sup terrā.

At

At paruulis qui panem petunt, hūc animę cibum frangere, opere præcium duxi, ut in crassitudine eius non nihil delectetur anima eorum. Vide ergo o homo quomodo pater misericordiarū, quomodo filius dilectissimus, quō spiritus sancti us, amor & nexus amborū te amauit. Pater filio non pepcit ex charitate. Filius ex amore semetipsum tradidit. Spiritus sanctus hæc oīa effecit. Sic tota trinitas homini succurrit. Nec fuit aut est in actione dei aliqd diuisum, eo qđ in uolūtate nihil est diuersum. Nā sic exuberans benedictæ trinitatis misericordia, diuisit sibi opus nostrę redēptionis, ut pater, ppiciaretur, filius, ppiciaret, spiritus sanctus igniret. At hic alas nōnihil extēdere, in altū nauiculam ducere & rete laxare oportet, fugere mel de petra, & oleum de durissimo saxo.

¶ Exuberantem æterni patris charitatē, qua nos amat, acu Ioannes tetigit in uerbo prius adducto. In quo nouem igniti lapides, siue nouem flammę ignis paterni amoris: Vel nouē cordæ in cythara, deuoti cordis tanguntur & ob oculos ponuntur. Vnum est personæ amantis dignitas. Nō pe, deus super omnia benedictus in secula. Deus deorum, ait: Non imperator terrenus, non spiritus angelicus, sed deus totius consolationis, quo nihil maius, nihil est melius.

¶ Aliud est modus actus illius erga nos. Quia sic dilexit. Omnium enim bonorū principiū & causa est amor ille paternus, qđ nos prior dilexit. ¶ Tertiū, est dilecti indignitas, quia mundū, id est, hominē

A ij qui

2. Cor. 1.
Roma. 8.
Ephē. 5.

Luce. 5.
Deut. 32.

Rom. 9.
2. Cor. 1.

1. Ioan. 4.

4 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Iob. 25.* qui est putredo & uermis, & uniuersa uanitas.
Psal. 38. Quid ergo est homo, quia memor es eius? Vere dilexit altissimus cinerem, dominus uniuersorū seruum malum, pigrum & inutilem, diues pauperem, beatus miserum, bonus malum: O inestimabilis dilectio charitatis. ¶ Quartū est muneris dati superexcellens dignitas, quia unigenitū filium suum, quem ante luciferum de utero suo genuit, cui omnia in manu dedit. Vere exhibitio operis, probatio est dilectionis. Multum dilexit nos, qui tam magnum donum nobis dedit. Magnū foret dare filium, maius suum, maximum est dare unigenitum. Dedit filium, non agnuculum, aut hedum, non seruum uel Angelū, sed filium, & talem filium qui cum ipso est unum. Qui est splendor suæ paternæ gloriæ, & figura substantiæ illius & imago. Dedit filium suū, non alienum, uere suum, nimiū dilectum, in quo sibi cōplacuit, quem & hæredem uniuersorum cōstituit. Dedit & primogenitum omnis creaturæ, & unigenitū, in quo totus amor patris requiescit. Quando enim alicui multi sunt filij, amor paternus diuiditur, sed unigenito infunditur totus. O nobile donum, datori coequale & cōsubstantialiale.
- Quintum est dati irreuocabilitas, quia dedit, non mutuauit, non cambiuit, non uendidit, sed gratis, sine meritis, & liberaliter, in bona uoluntate sua dedit. Nullis bonis operibus iustitię quę fecissemus nos exigentibus, & nulla remuneratiōe æternam sperata. Magnum fuisset si filium suū qui

qui est omne bonū, mundo ostendisset, ut ad Mo-
sen dixit, quod maximus uatum desiderans, ora-
uit: Ostende nobis misericordiam tuā. Maius qđ
illum in mundū misisset, ut amicus dei Moses ro-
gauit, dicens: Obsecro Domine, mitte quem mis-
surus es, per quem omnes gentes benedicentur,
qui & conteret caput serpentis: Maximum uero,
quod eum dedit in omnem desideratū usum. Nas-
centem in fratrem & socium, prædicantē in do-
ctorem paruulorum, conuersantem in exemplū,
conuescentem in edulium, moriētem in uindicas-
torem de potestate tenebrarum & præcium, res-
gnantem in aduocatum & coronā legitime cer-
tantium & in bonitate permanentium.

Sextū est mali euitabilitas. Nēpe ne pereat ho-
mo propter iniquitates suas a facie dei, sicut ce-
ra fluit a facie ignis. Nisi enim pater misericor-
diarum filium suum dedisset, nō fuisset salua om-
nis caro, nec ullus mortem naturæ, culpæ & ges-
tennæ euasisset. At nūc uult omnes homines sal-
uos fieri.

Septimum est boni obtinēdi sublimis utilitas.
Sed habeat uitam æternam. Nō enim misit pater
filium ut iudicet mundum, sed ut saluetur mūdus
per ipsum. Ego ueni (dixit adsertor noster) ut
oues meæ uitam habeant, & abundantius habeāt.
Et iterum, Venit filius hominis quærere & saluū
facere quod perierat. Sic non est uoluntas patris
ut unus pereat, sed ut omnes filio obtemperātes,
salutem consequantur. Quia illis factus est causa

A iij salutis

Psal 84.

Exo. 4.
Genes. 15
Gallat. 3

Psal 67.

Matt. 24
1. Thi. 2.

Ioan. 3

Ioan. 10.

Lucæ. 19

Matt. 18.

Hebre. 5.

6 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Pfal.* 148 salutis æternæ. ¶ Octauum est recipientiū generas
Pfal. 48. litas, quia omnis. Nā iuuenes & uirgines, senes cū
 iunioribus, reges terræ & oēs populi, principes &
 omnes iudices terræ, quiq; terrigenæ & filij homi
Actu. 10. nū, simul in unū, diuites & pauperes, & quod plus
 est, iusti & iniusti, boni & mali oēs, si uolunt hoc do
 num dei accipere, possunt. Quia non est acceptio
 personarum apud deum, & in omni gēte qui reli
Matt. 11. cta malitia deum timet, & iustitiam operatur, ac
 ceptus est illi. Vnde ait: Venite ad me oēs qui labo
 ratis & onerati estis, & ego reficiam uos.
 ¶ Nonum, est precij & meriti paruitas. Nam qui
 crediderit in eum. & quid fide & dilectione facili
 us? Hęc nō exigunt sanitatem, aut Cresci diuitias.
 Non labores aut amicorum præsidia. Non annos
Pfal. 4 plurimos aut instantes scientias, sed solam bonā
 uoluntatem & obedientiam uerbi dei.
 Sed quid filij hominū, graui corde, diligētes uar
Deut. 32. nitates & querentes mendacium, patri glorię pro
Esaiæ. 5. rantis bonis retribuerunt, quę retribuit ipsis? Res
Esaiæ. 1. tribuerunt ei mala pro bonis, & odium pro sua dis
Iob. 12. lectione. Nam dereliquerunt eum, calce legē eius
Iob. 15. abiecerunt, blasphemauerunt sanctum Israel, au
Ecclesi. 8. dacter eum prouocauerunt. Tetenderunt aduers
Tit. 2: sus deum manum suam, & contra omnipotentem
 roborauerunt se, & ad iracundiam eum prouocas
 uerunt, sine omni pudore & timore scelerata desis
 gnando. Sed Deum licet ore confiteantur, factis
 tamē negant eum se nosse. Vnde & deo dicūt, Res
 cede a nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus.
 Quis

Quis est omnipotens ut seruiamus ei? Sic Deo dicunt, recede à nobis, & quasi nihil possit facere omnipotentes estimant eum. Sic peccat ei non filij, in sordibus, generatio praua atque puerfa. Talia reddunt ei mala, pro bonis suis filij stulti, filij scelerati & diabolus insipientes. Sic pater cœlestis filios enutrit, exaltat & magnificat, ipsi autem spernunt, derelinquunt & offendunt eum. At ille est patiens redditor. Nam cum acuerit ut fulgur gladium suum, & arripuerit iudicium manus sua, tunc reddet ultionem hostibus suis, & his qui odiunt eum ac nolunt eum super se regnare, nec in lege eius uolunt ambulare, retribuet abundanter. Tunc reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos Dominus deus noster.

Nec minus spiritus sanctus nos amauit. Ipse enim est spiritus dilectionis, sobrietatis & uirtutis, & charitatem suam in corda nostra diffundit, & cum charitate seipsum dat nobis. Ipse est spiritus bonus & benignus, qui ut nos ad charitatem inflamaret, & suo igne corda nostra adamantina liquefaceret, hæc eadem omnia sua charitate effecit. Ipse spiritus ueritatis ad hæc desideranda atque credenda electorum corda edocuit. Ipse per ora omnium sanctorum Prophetarum qui a seculo fuerunt hæc prædixit & figuras adumbravit. Ipse filium misit, super Mariam uenit: Ipse cum præ participibus suis oleo lætitiæ unxit, super eum in omnium donorum gratiarum & mensorum plenitudine exuberantissima requieuit.

A iij Ipse

Iob. 22
Deut. 20
Esai. 1
Ecclesi. 5
Deut. 52.
Lucæ. 9.
Psal. 92.
2. Thi. 1.
Rom. 5.

Ioan. 16
Lucæ 1.
Act. 3.
Esai. 61.
Lucæ. 4.
Psal. 41
Heb. 1

8 PASSIO DOMINI NOSTRI.

- Esai. 61.* Ipse cum pauperibus euangelizare misit, annun-
 ciare annum placabilem, uinctis redemptionem.
 Ipse spiritus sanctus in desertum eum duxit, ut re-
 taretur à diabolo. Ipse (ut laconismo utar) om-
 nia Christi sacra mysteria & opera in sua chari-
 tate consummauit, tandem cum filius per passio-
 nem ex hoc mundo transiit ad patrem, cum in
Col. 2. cruce Satanam palam triumphauit in semetipso,
 & genus humanum de potestate tenebrarum ex-
 ripuit, cyrographum mortis quod nobis contras-
Col. 1. rium fuit delendo & affigendo cruci, sanguinem
 suū præciosum in quo nos à peccatis nostris abs-
Apoc. 1. luit & redemit, per spiritum sanctum, quo reple-
Heb. 9. tus fuit, semetipsum obtulit immaculatū deo pa-
Esai. 59. tri, in odorem suauitatis. Hinc Esaias ait: Cū uer-
 nerit in temporis plenitudine & in diebus salutis,
 miserator & misericors, ut saluet populum suum
 à peccatis eorum, quasi fluuius uolentus, fons ipse
Ecclesi. 1. sapientiæ & uitæ, ut imperu suo lætificet ciuitas-
Pslm. 73 tem dei: Tunc spiritus Domini coget & urgebit
 eū charitas, donec Baptisma passionis sue perfici-
 at. Sic in omnibus operibus Christi, exuberās spi-
Luce. 12. ritus sancti bonitas, incompræhensibilis charitas,
 uiscerosa eius pietas & benignitas, enituit & est
 operata. At ingrata humana peruersitas, spiritui
 sancto ad suæ cumulū damnationis, etiam retris-
 buit mala pro bonis, & odium iniquū pro sua in-
 enarrabili dilectione. Sunt enim multi, qui spiri-
Apu. 19. tum sanctum ignorant, ignorandi à deo. Nempe
1. Cor. 14 indocti, qui scientiam uiarum dei & salutis scire
 nolunt.

nolunt, & recusant intelligere, ut bene agant. Ipse autem docet omnem ueritatem. Ioan. 19.
Psal. 35.

Alij mentiuntur spiritui sancto, qui reuertuntur ad uomitum, redeunt retro post Satanam, relinquunt iter rectum. Non reddunt deo uora sua quæ distinxerunt labia eorum. Actu. 5.
1. Thi. 5.
Psal. 95.

Alij tentant eum, credentes aliqua impia designare quæ ipsum lateant, iuxta illud, Quid cogitastis tentare spiritum dei? Quia ille omnia scrutatur, etiam profunda dei: Actu. 5.
1. Cor. 2.

Alij spiritui sancto resistunt, qui ablatam eius gratiam despiciunt, ductum eius sequi nolunt, nec dignos facere penitentiae fructus, sed ambulantes secundum carnem. Alij, nempe hypocritæ per disciplinam fictum cum a se fugant, quia est spiritus ueritatis. Act. 7.
Rom. 8.
Eph. 2
Sapient. 1

Extinguitur ab amatoribus huius mundi. Nempe per statum superbiæ, per aquam & immunditiam luxuriæ, per subtractionem materiæ in avaris. Quia amans bonum, affligitur ab iracundis & malignis, iuxta illud: Ipsi ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sanctum eius: Quia benignus est & dulcis. ¶ Contristatur a superbis & inobedientibus. Contra quos ait tuba Euangelij: Nolite contristare spiritum dei: Quia suavis est & bonus. ¶ Contumelia afficitur ab immundis & luxuriosis. At uergetur illis, quia est spiritus sanctificationis & sanctificans. 2. Tes. 5.
Esai. 93.
Eph. 4.
Heb. 10.
Roma. 1.

Blasphematur a maliciosis in reprobum sensum datis: At peccatum hoc neque hic remittitur neque in futuro, nec pro eo quis orare debet. Mat. 12.
1. Ioan. 5.

A V Impugnatur

10 PASSIO DOMINI NOSTRI

Actu. 7. Impugnatur ab infidelibus, ab his qui dura ceruice sunt & incircuncisi labijs. Nec ab ijs capitur, quia est spiritus amoris, sobrietatis & uirtutis. Væ autem omnibus illis: Quia qui spiritum Christi non habet (quem mundus non potest accipere) hic non est eius frater, soror, mater, membrum, templum, & cohæres. Nec partem habebit in sorte sanctorum in lumine. Sic odio gratis habent spiritum sanctum, & pro eo quod eum diligenter.

Roma. 8
Ioan. 14
Coll. 1.
Psal. 34.
1. Cor. 13
Hic. 31
Osee. 11.
1. Ioan. 4
Tit. 3
Psal. 15
Iob. 35
Actu. 22
Osee. 14.
Actu. 10

At nunc summis labijs, quanta charitate filius nos dilexerit, tangamus. Quia dilectionis tantæ modum, nemo etiam si linguis hominum loqueretur & Angelorum, uerbis potest æquare loquendo. Dilexit nos filius Dei charitate æterna, & ante mundi constitutionem: Ideo in funiculis amoris attraxit nos, misertus nostri. Dignum ergo & iustum est, ut diligamus eum, eo quod ipse prior nos dilexit, & diliget usque in finem.

¶ Dilexit nos etiam amore liberali & gratuito, sine omnibus meritis nostris & commoda suo sperato. Ipse enim bonorum nostrorum non eget, & si iuste egerimus, quid ei donare possumus, aut quid accipit de manu nostra emolumentum? Et si peccamus, quid ei nocemus? Unde ait per Osee: Diligam eos spontaneè.

¶ Dilexit item nos amore utili. Sic pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo. Ante numerabis stellas cæli, quam utilitates passionis Christi. Sed & singulari & speciali amore nos dilexit, plenus gratia & ueritate.

Nam

Nam ita singulariter quemque dilexit, ut pro unoquoque in singulati eadem quæ pro nobis omnibus passus est, si conueniret, libenter pati uellet. Ideo hoc beneficium quisque estimare debet quasi si pro se solo factum esset. Hoc fecit Apostolus quando dixit: Quod nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei, qui tradidit seipsum pro me. Ergo da altissimo secundum datū eius. Da illi teipsum & uitam tuam, quia dedit pro te seipsum & uitam suam. Iuxta illud: Dilectus meus mihi, & ego illi. Et iterum, Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Verbum istud eructauit uas electionis, non coangustare uolens amplissima & per totum orbem terræ diffusa CHRISTI merita & dona augustissima, sed quasi pro omnibus his se iudicans obnoxium. Et reuera quid interest & si pro alijs passus sit, cum fructus ita integre tibi tribuatur, quasi nulli alteri ex eo fuerit datū? Nam si tu solus peccasses, ne perires, omnia ista pro te solo CHRISTVS sustinisset. Hinc ad electos ipse ait: Tantummodo uos cognoui de omnibus congnationibus terræ. Et iterum: Elegit te Deus, ut sis ei populus peculiaris.

¶ Dilexit item nos amore recto. Non querens quod sibi utile fuit, sed quod multis, ut salui fierent. Et amore discreto, eligens bonum & reprobans malum. Assumendo nostram naturam, non culpam, diligendo in nobis naturam, damnando peccatum. Denique amauit amore uehementi, forti, sapiente & dulci. Amore tali, quo nemo habet maiorem. Certe

1 Ioan. 1

Galla. 2

Ecccl. 35

Cant. 2

Cant. 7

Deut. 7

14. 20

1. Cor. 10

Esai. 7

12 PASSIO DOMINI NOSTRI.

- Esa. 64.* Certe si non dilexisset nos plus quam se, nunquā
1. Cor. 1. expendisset pro nobis se. Sed magnitudine amoris
Ioan. 15. obruor quo nos dilexit usque in finem. Cum
 talis sit, quod oculus non uidit, etiam Angelicus,
 nec auris audiuit ullius amici illius quibus omnia
 quæ audiuit à patre suo manifestauit : nec denique
Psal. 50. in cor ullius etiam Apostolorum, quibus alii
Matt. 13. oqui incerta & occulta sapientiæ suæ reuelauit,
Lucæ .8. descendit. Ideo quicquid de eo scribitur, dicitur
 & cogitatur, uix stilla situlæ est ad maris plenitudinem,
 & granum unum arenæ collatū ad rotam molem terræ.
- 1. Ioan. 3.* Non enim lingua solum & uerbo, sed opere &
 ueritate nos dilexit, & tantum dilexit. At ingrata
Esaie .1. Iudæa, populus electus, retribuit ei mala pro bonis,
Eze. 2. 3. & odium iniquum pro sua dilectione. Et gens peccatrix,
Matt .5. populus grauis iniquitate, femennequam, filij Belial, scelerati & diaboli, genimina
 uiperarū, domus exasperans, attrita fronte & indomabili corde,
 mala pro bonis retribuens, filio dei detraxit, de deo male locuti sunt
Psal. 39. mētientes, ei maledixerūt, iniuste eū persecuti sunt,
Psal. 33. & omne malum de eo dixerunt, eo quod sequebatur
1. Tes. 2. & fecit bonitatem, declinauit à malo & fecit
Titt. 2: bonum. Sancte, iuste & sine quærela omnibus
1: Tim: 4 adfuit. Exemplum omnium operum bonorū semetipsum,
 & formam quam imitarentur, omnibus præbuit. Veritatem operabatur, docuit & erga
 omnes custodiuit. Lippis oculis odiosa est lux, lingua febricitantis
 pessimis plena humoribus, dulcia

cia iudicat amara, florentis uineæ odorem salu-
 ficum serpentes & uenenata nō sustinēt: Sic stul- *Sapi. 5.*
 ti & cum inuidia tabescente iter habentes, dete- *Prou. 13.*
 stantur eos qui fugiunt mala & ambulant res *Pro. 14.*
 cto itinere, & timens deum, ab eo despicitur,
 qui infami graditur uia. Sic zelant mansuetum
 inuidi, modestum superbi, probū improbi, mitē
 tumidi, inimica emulacione lacescūt: Sic odio in- *Gene. 37*
 iquo fratres sancti um Ioseph persequēbātur. Sae- *1. Re. 6.*
 ul reprobis dilectum deo Dauid uaticano odio *Dani. 6.*
 emulabatur: Satrapę Darij innocentem Danielē *Psal. 7.*
 cuniculis mendaciorum morti tradere conaban- *Prou. 16.*
 tur. Lacum aperuerunt & effoderunt eum, & in- *Aflu. 10.*
 ciderunt malorum inuenteres, in foueam quam
 fecerunt. Conuersus fuit finaliter dolus eorū in
 caput ipsorum, & in uerticem iniquitas eorū des- *Prou. 11.*
 cendit. Nā deus iustos de angustia liberat (post- *Iacob. 1.*
 quam probati sunt) legitime certauerunt, fidem
 seruauerunt, cursum consummauerunt, cū Chris-
 to in tentationibus suis permanserunt, & impios *Dani. 13.*
 tradit pro eis, ut in Aman & accusatoribus Susan- *Prou. 11.*
 nā, cernere est: Sic iusticia rectorum liberat eos,
 & in insidijs suis capiuntur iniqui

Si queris cur Iudæi pfidi Christū occiderūt &
 gratis odio habuerūt. Respōdeo. Propter uerita- *Psal. 68.*
 tem triplicem. Nempe, uitæ, doctrinæ & iustitię,
 Veritatem omnes diligunt, etiam conuersi in ar-
 cum prauum, dati in reprobum sensum, & ij qui *Roma. 1.*
 uenerunt in profundum malorum, & peccauit se *Prou. 18.*
 ne omni timore & pudore: Sed in ueritate duo
 attendenda

14 PASSIO DOMINI NOSTRI.

attendenda sunt in præsentiarum. Nempe, utilis
 ras & pulchritudo delectans, & acor siue asperitas
 affligens & dolorem inferens. Sic medicum eger
 diligit, quãdiu oleum uulneribus infundit, ungit,
 dulcia concedit, quæ delectant largitur. Verum
 dum uinum infundit, amara porrigit, secare incẽ
 pit & urere ut corpus redimat, iam durus arguitur
 & immisericors, abhorretur & timetur ab infã
 nis & stultis.

- Cant. 5** ¶ Nam Christus erat totus desiderabilis, dilectus
Heb. 15 deo & hominibus, facies eius plena gratiarum, &
Psal. 44 ipse speciosus forma præ filiis hominum. Sermo il
Eph. 4 lius in gratia sale cõditus erat & bonus, gratiã &
Col. 3 edificatiõnem fidei omnibus auditoribus præbuit:
Lucæ. 4 A deo quod omnes ei bonitatis & iustitiæ testimo
Ioan. 7 niũ perhibuerũt, & mirabantur in uerbis gratiæ,
 quæ procedebant ex ore eius, undẽ & ministri im
 piorum ad eum capiendũ missi, dixerũt: Nunq̃ sic
Ioan. 8 locutus est homo, sicut hic loquitur. Et hæc fuit ueris
 tas doctriñe eius. In cõuersatione prorsus irrepre
Ioan. 14 hẽsibilis fuit, a deo quod inimici illius nihil mali hæ
 buerũt qđ dicere possent de illo. Nec de minimo
Rom. 12 peccato eũ arguere potuerũt cũ ueritate. Ideo &
2. Cor. 8. inimicus nihil habuit in eo, quia quæ placita erãt pa
Rom. 14 tri suo, semp fecit. Sic ueritatem fecit, & docuit,
Matt. 22 at q̃ bona sibi nõ solum corã deo, sed etiã corã om
Mar. 12 nibus hominibus prouidit. Per hæc deo seruauit &
Lucæ. 20 placuit, & probatus ab omnibus hominibus fuit.
 Hinc testimoniũ iustitiæ eius reddentes, dixerũt:
 Magister, scimus quia uerax es, inculpatus & irre
 præhensibilis

IESV CHRISTI.

29

præhensibilis in uita tua & actione. Ecce ueritas uitæ, Et uiam dei in ueritate doces. Non adulteras uerbum dei, non deprauas scripturas, sed sincere, integre & pure, quæadmodum à deo reuelata est, coram deo Iudice loqueris & doces eam.

2. Cor. 2
2. Pet. 38

¶ Verum cum personam nullius accepit, & iuste præuaricatores legis arguere cœpit, non solū paruos, sed etiam magnos, tunc ueritas ei odium peperit. Tunc odio habere cœperunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt, & cane & angue eum peius odire cœperunt. Quia non amat pestilens eum qui se corripit. Sic fratres Ioseph oderunt, nec ei quicquam pacifice loqui potuerunt, quando ob crimen pessimum eos arguit & accusauit coram patre. Et Ahas pessimus Micheam odiuit, quia prophetauit ei semper malum. Herodes seruus libidinis libenter Iohannem audiverat, & multa faciebat, quæ Iohannes dixit: Sed cum eum in cœstus repræhendit, tunc cœpit insidiari uitæ eius. Sic & CHRISTVS Iudæis inimicus factus fuit, maxime Pharisæis, scribis, sacerdotibus & primoribus, ueritatem dicens, scelerum eorum arguens, dolos detegens, simulationes damnans, & ex tunc grauis eis erat ad uisendum, non potuerunt ei quicquam pacifice loqui, damnabant eius diuina opera, in electis eius miraculis & documentis ponebant maculam, insidiabantur uitæ eius. Dicebant de eo multi quod haberet dæmoniū (& id crebro) & insaniret, quod esset peccator, seductor populi, homo uerex, potator

Act. 10
Galla. 2.
Amos. 5.
Prov. 15.
Gen. 57
3. Re. ul.
Mar. 2.

Galla. 4.
Sapient. 2
Mat. 12.
Eccle. 12
Lucæ. 11

16 PASSIO DOMINI NOSTRI

Matt. 17. potator uini, publicanorum & peccatorum amicus: Extunc inuidiam ei conflare apud omnes fastagebāt, & mobile uulgus exarcerbare cōtra eū: Extunc excēcauit eos inuidiā intantū, quod nec scripturas & omnes prophetas qui omnes ei testimonium perhibuerunt, quas etiam legebant, sciebant & docebāt, aduerterunt: Nec dei timor, nec gehennæ merus, nec terribile dei iudiciū eos deterruit à malo quod Christo inferre destinauerunt. Nec attenderunt tam stupenda opera quæ nemo alius fecerat. Imo quanto maiora miracula fecit eis & beneficia, eo illi uehemētius in odio eius exarserunt & excanduerunt. Nam uiderunt quod multiplicatio beneficiorum, Christo gloriā auxit & estimationem maiorem apud plebem, quam illi non solum agresti & uatiniano, sed etiā diabolico odio oderunt. Hinc grauis illis erat ad uidēdū. Et uidētes magna & mirabilia eius opera irascebantur, dentibus fremuerunt & contabuerunt, & audientes ecclēstia eius documenta, quæ gratiam & ædificationem fidei ad uitam æternā præordinatis præbuerūt, dissecabantur cordibus suis, & stridebant in eū dentibus suis: Nam sic ipsorum traducebatur malicia, fascinoes innotuerunt, hypocrisis damnabatur, & magis de die in diem fiebant inglorij, probro habebantur, abiectiones despectioresque reddebantur. Sic excæcabantur ex luce Christi, ex cuius bonitate fiebant mali, ex cuius charitate syncerissima inuidiæ & odij fomitem sumebant, & gratis eū odio habuerunt:

habuerunt. Hinc cogitabant contra eum cogitationes, dicentes: Venite percutiamus eum lingua dolosa & mendaci, & non attendamus ad uersos sermones eius: Insidiamur sanguini eius, abscondamus tendiculas contra infantē frustra, (hoc est, absq; causa) & deglutiamus eum sicut infernus uiuentem, & integrum quasi descendentem in lacum. Eradamus eum de terra uiuentiū, & nomen eius non memoretur amplius. Sic ponebant aduersus Iesum mala pro bonis, odiū iniquum pro sua dilectione uera. Hæc cogitauerunt impij, filij diaboli & perditionis, & errauerunt à uia ueritatis. Et manibus ac uerbis accersierunt mortem, & æstimantes illam amicam, defluerunt per horrenda & ipso auditu uitia expauescenda, eo quod excœcauit eos malitia eorū, ac deo dixerunt: Recede à nobis, scientiam uiarum tuarū nolumus. Et quasi nihil posset omnipotens filius dei facere, sic æstimabant eum, cum ille impleset domos eorū bonis, & præfisset omnibus bene faciendo, docendo & corripiendo, ne cum hoc modo in maligno posito damnarentur. Sed maliciam magis dilexerunt quam benignitatem Christi. Ideo damnatio eorum iusta est: Et dominus iniquitatem & uiam eorū reddidit in caput ipsorū.

¶ Fructus uero passionis Christi infiniti sunt & innumeri. At nos 12. tantum summis labijs & extremis digitulis, hic tangemus breuissime, iuxta numerum duodecim fructuum, quos per singulos menses profert lignum uitæ.

B

Passio

Hic. 18

Prou. 3

Hierc. 12

Psal. 108

Sapient. 2

Sapient. 2

Iob. 21

Iob. 22

Actu. 10.

Psal. 51

Hierc. 22

Psal. 93.

Apo. 22

18 PASSIO DOMINI NOSTRI

Passio pensata, fructus pariet duodenos.

Cōpungit, purgat, lustrans, sp̄e dat, calet, auget,
Robur dat, uitā, reficit, laus, gaudia, turat.

¶ Recogitatio passionis Christi, primo ad pœnitentiam fructuosam & eius partes hominem inducit, quæ salutem stabilem operatur, & tristitiam secundum deum. Contritionem ueram operatur, ut in latrone cernere est. In cuius signū terra mota est, & petre sunt scissæ in eius morte, & monumenta aperta. Quorum instar peccator, nisi Petris sit durior & terra insensibilior & sepulchris fœtidior, ad contritionem, confessionem, & ueteris hominis depositionem cum actibus suis, compungitur & prouocatur. Vt terræ motus ad contritionē, confessio ad apertionē sepulchorū, satisfactio & iustificatio, ad resurrectionē corporum sanctorū de morte peccatorū, & ambulatio in nouitate uitæ referatur. Ad satisfactionē etiam urget & hoc ut reputemus nobiscū, quod si Christus tāta passus est pro peccatis alienis, ut & nos patiamur aliquid pro peccatis proprijs.

2. Cor. 7.

Luc. 23

Johan 19

Rom. 6.

2. Cor. 7.

1. Pet. 2

1. Re. 5

Num. 21.

¶ Alius fructus est purgatio hominis ab omnibus inquinamentis spiritus & corporis, atq; concupiscentijs malis, quæ militant aduersus animā. Est namq; Christi passio Iordanis, in quo Naaman leprosus, septies lotus, mundatur. Est marga saluta, omnes animæ languores & uulnera sanans, sicut aspectus serpentis in ligno suspensi. Christi humilitas nostram superbiam curat. Eius dilectio, inuidiam nostram fugat. Eius
us mitis

us mitis mansuetudo, nostram iracundiam & furrorem eliminat. Eius fortitudo nostram accediam, ignauiamque confundit &c.

¶ Tertius est illustratio mentis. In cruce sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. *Col. 2.* Crux, liber uitæ est, scriptus intus & foris. In quo qui legit & meditatur die ac nocte, super per omnes inimicos suos prudens efficitur. Et super per omnes docentes eum & senes (in quibus est sapientia) intelligit: Non in scientia quæ inflat, *Psal. 118.* nec in sapientia huius mundi, quæ stultitia est ante deum, sed in ea quæ per charitatem ædificat, *Iob. 12.* & ad regnum deducit perpetuum. Hæc sapientia, doctoris gentium fuit summa prophetia. *1. Cor. 3.* Hinc ait: Nihil arbitratus sum me scire inter uos, nisi Iesum Dei uirtutem & sapientiam, & hunc crucifixum. Hæc est sapientia in mysterio abscondita, quam nemo principum huius seculi cognouit. *Sap. 6.* Quam qui desiderat compræhendere, stultum eum fieri necesse est, ut sapiens fiat. Hæc literaturæ ignaros, introducit in potentias Domini, & per unctionem eos docet de omnibus. *1. Cor. 9.* Hæc ora mutorum aperit, & linguas infantium a deo facit disertas, quod nemo resistere & cõtradicere potest spiritui, qui per eos loquitur. *1. Cor. 2.* Hæc sola ad salutem scientia sufficit, & sine ea omnes scientiæ nihil profunt ad salutem. *1. Ioan. 2.* Hæc est scientia sanctorum & salutis, per quam saluati sunt, *Sap. 10.* quotquot ab initio Deo placuerunt. Nec Deus alium quem diligit, nisi qui cū hæc sapientia inhabitat. *Luc. 2.* *Sap. 7.* *Eph. 4.*

B ij Insuper

20 PASSIO DOMINI NOSTRI

Philip. 1. Insuper, quicquid ad uitam Deo & euangelio d*ib*
gnam necessarium est, aperte & clare descriptū
est in libro sanctæ crucis. Sed beatus qui legit, in
Apo. 1 telligit & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Ibi o*m*
nes uirtutes Theologicæ, omnes uirtutes car*o*
dinales, omnia p*re*cepta decalogi, dona spiritus sancti,
Tob. 28. beatitudines, o*m*es fructus spiritus, descripti
sunt digito Dei uiui. Sed de occultis trahitur sapi*en*
tia ista c*œ*lestis, & solisdat humilibus corde.

¶ Quartus est spei subleuatio. In confessio est,
quod merita nostra non sufficiunt nobis, ideo q*uod*
nobis deest, audacter usurpare debemus nobis
ex merito crucis. In omnibus (ait Apostolus) di*u*
ites facti estis in Christo, ita ut nihil uobis deest
.Cor. 2 in ulla gratia. Proinde, tota spes nostra, in morte
Christi esse debet, in qua factus est nobis sapi*en*
tia a deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio.

¶ Quintus est inflammatio ad charitatem. Sus*u*
per omnia ignem diuini amoris in corde deuoto*r*
um accendit calix passionis Christi &c.

¶ Sextus, est augmentatio uirtutum & merito*r*
um. Vnde ait Albertus Magnus: Simplex recor*o*
datio passionis Christi, multo utilior est homini,
quam si integrum annum ieiunaret in pane &
aqua. Vel si quotidie legeret totum Psalterium.
Vel si per annum quotidie uirgis & flagellis ces*o*
deretur, usque ad sanguinis effusionem: Præ*o*
stat hoc exercitium pietatis, omni exercitationi
Tim. 4 corporali remunerationem copiosam habens in
uita, quæ nunc est & futura.

Septim*o*

¶ Septimus fructus est confortatio & roboratio in tribulationibus. Quia in omnibus tribulationibus non est efficacius remedium, quam passio & uulnera Christi, faciliter & gaudenter tolerat, suffert & sustinet omnia aduersa, quantumlibet multa, dura & grauia, qui recogitat, quid perulit in cruce, qui nos inuitat ad cælum. Sic Christo in carne passio, nos eadem cogitatione armare debemus, ne deficiamus aut pusillo animo redamur. Sic Moyses maiores diuitias æstimauit thesauris Aegyptiorum, improprium crucis. Serpentis huius in ligno aspectus, omnes ignitorum serpentum morsus, fugat & sanat. Sic Christus dat scutum cordis nostri laborem suum. Passio Christi, lignum est, quod dulces facit amarissimas aquas Marathi. Sal est, quod Helisæus in aquas pessimas misit & sanauit eas, ne ultra in eis mors & sterilitas esset. Est farina Helisæi, quam cum mittimus in ollam calamitatibus & maritudinibusque plenam, in dulcedinem uertitur. Sanguinis huius ostensio, Martyres domini & omnes pie in Christo uiuentes, instar Elephantum, ad prælium excitauit.

¶ Octauus, uiuificat, quia crux est lignum uitæ, per quod omnes uiuificantur, qui mortui sunt in Adâ, si de illo gustant. Passus namque est, ut oues suæ uitam haberent, & amplius haberent.

¶ Nonus fructus est refectio mentis dulcedine mira. Ibi anima deuota cõedit fauam cum melle suo. Ibi bibit uinum cum lacte suo. Edunt

26 PASSIO DOMINI NOSTRI

hilip. 1.
po. 1
ob. 28.
 Iusuper, quicquid ad uitam Deo & euangelio dignam necessarium est, aperte & clare descriptum est in libro sanctæ crucis. Sed beatus qui legit, intelligit & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Ibi omnes uirtutes Theologicæ, omnes uirtutes cardinales, omnia præcepta decalogi, dona spiritus sancti, beatitudines, omnes fructus spiritus, descripti sunt digito Dei uiui. Sed de occultis trahitur sapientia ista cælestis, & solidatur humilibus corde.

Cor. 1
 ¶ Quartus est spei subleuatio. In confessio est, quod merita nostra non sufficiunt nobis, ideo quod nobis deest, audacter usurpare debemus nobis ex merito crucis. In omnibus (ait Apostolus) diuites facti estis in Christo, ita ut nihil uobis deest in ulla gratia. Proinde, tota spes nostra, in morte Christi esse debet, in qua factus est nobis sapientia a deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio.

uc. 12
 ¶ Quintus est inflammatio ad charitatem. Super omnia ignem diuini amoris in corde deuotorum accendit calix passionis Christi &c.

Tim. 4
 ¶ Sextus, est augmentatio uirtutum & meritorum. Vnde ait Albertus Magnus: Simplex recordatio passionis Christi, multo utilior est homini, quam si integrum annum ieiunaret in pane & aqua. Velsi quotidie legeret totum Psalterium. Velsi per annum quotidie uirgis & flagellis cederetur, usque ad sanguinis effusionem: Præstat hoc exercitium pietatis, omni exercitationi corporali remunerationem copiosam habens in uita, quæ nunc est & futura.

Septem

¶ Septimus fructus est confortatio & roboratio in tribulationibus. Quia in omnibus tribulationibus non est efficacius remedium, quam passio & uulnera Christi, facilliter & gaudenter tolerat, suffert & sustinet omnia aduersa, quantumlibet multa, dura & graua, qui recogitat, quid pertulit in cruce, qui nos inuitat ad cælum. Sic Christus in carne passio, nos eadem cogitatione armare debemus, ne deficiamus aut pusillo animo redamur. Sic Moyses maiores diuitias æstimauit thesauris Aegyptiorum, improprium crucis. Serpentis huius in ligno aspectus, omnes ignitorum serpentum morsus, fugat & sanat. Sic Christus dat scutum cordis nostri laborem suum. Passio Christi, lignum est, quod dulces facit amarissimas aquas Marath. Sal est, quod Helisæus in aquas pessimas misit & sanauit eas, ne ultra in eis mors & sterilitas esset. Est farina Helisæi, quam cum mittimus in ollam calamitatibus & maritudinibusque plenam, in dulcedinem uertitur. Sanguinis huius ostensio, Martyres domini & omnes pie in Christo uiuentes, instar Elephantum, ad prælium excitauit.

¶ Octauus, uiuificat, quia crux est lignum uitæ, per quod omnes uiuificantur, qui mortui sunt in Adâ, si de illo gustant. Passus namque est, ut oues suæ uitam haberent, & amplius haberent.

¶ Nonus fructus est refectio mentis dulcedine mira. Ibi anima deuota cõmedit fauam cum melle suo. Ibi bibit unum cum lacte suo. Edunt

32 PASSIO DOMINI NOSTRI

Ecclef. 14 & esuriunt, bibunt & sitiunt adhuc. Ibi uinum
Zach. 9 qđ uirgines germinat, bibūt, qđ miscuit sapiētia
 æterna. Hoc est uinum eorum qui sunt amaro a-
Proū. 31 nimo, & sicera mœrentium, & præclarus calix ins-
3: Efd 3 ebrians charissimos. De quo dum bibunt imitato-
8. Reg 19. res Christi, obliuiscuntur egestatis suæ, & dolor
 res non recordantur amplius. Et omnem mens-
 rem conuertit in securitatem & iucunditatem.
 Hic est panis & aqua Helix missus, quo qui utuntur
 ambulat in eius fortitudine usque ad mons-
 tem dei. ¶ Decimus, est inflammatio ad lau-
 dem dei. Bernar. Omnia ossa mea germinat lau-
Psal. 118 dem dei, dum recordor passionem Christi. Vn-
 de super iudicia iusticiæ eius, David confitebat-
 tur media nocte, & septies in die laudē deo dixit
Exo. 15. in cythara crucis, hoc est, psalterium decacor-
 dum Mariæ, tympanum uirginum, tuba Aposto-
 lorum, cymbalum tinniens doctorū. &c. Sic filij
 Israel gloriose Domino cantauerunt, Phara-
 one & eius exercitu submerso in mari rubro. Sic
Hef. 16. Aman suspenso & filijs eius, Iudæi deo laudes des-
Num. 35 cantauerunt. ¶ Undecimus, est æternæ uitæ
8. Re. 22. præstatio. Post mortem namque summi sacer-
 dotis, homicidæ & exules in suam ciuitatem re-
 uertebantur. Sic mori uo rege & fluente sangui-
 ne suo per currum, præco insonuit classico, dicēs:
 Reuertatur unusquisque in ciuitatem suam.

¶ Duodecimus fructus est, quod liberat a
 purgatorio, ut astatim doctores attestātur, quos
 lege.

Scopus

Scopus & argumentum.

Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. ¶ Et iterū: Posuerūt aduersum me mala pro bonis, & odiū pro dilectione mea. Et pro eo ut me diligere, detrahebant mihi, imo consilium fecerunt in unū, quomodo perderent & me eraderent de terra uiuentium, adeo quod nōmen meum non memoraretur amplius. Hinc dixerunt: Hic est hæres, uenite occidamus eum, & habeamus hæreditatem eius. Et iterum: Dixerunt inimici mei mihi, & qui custodire debebant animam meam, consilium fecerunt in unum, dicētes: Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat eum de manibus nostris. Videmus ergo si sermones illius ueri sint, & tentemus quæ uentura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. Si est uerus (ut dicit) filius dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus nostris. Contumelia & tormentis interrogemus eū ut sciamus reuerentiam eius, & probemus pacientiam eius. Morte turpissima condemnemus eum. ¶ Sic conuenerunt in ciuitate Hierusalē aduersus Dominum & aduersus Christum eius, Annas & Cayphas, (uasa iniquitatis, iræ & contumeliæ, bellantia) necnon Herodes & Pontius Pylatus cum gentibus & populis Israel, facere quæ manus dei & concilium decreuerunt fieri. Sic filius hominis secundum quod diffinitum fuit per passionem ex hoc mundo ad patrem iuit.

B iij Sed

Psal 34.
Psal. 108.Hic 11
Matt. 21.
Mar. 12
Luc. 20.
Psal. 70.

Sapi. 2

Actu. 4
Gene. 49

Luc. 22.

24 PASSIO DOMINI NOSTRI

Genes. 50 Sed Iudæi de Christo malum cogitauerunt, deus autem illud conuertit in totius humani generis salutem & bonum, ut in præsentiarum cernimus. Sic dominus dissipauit consilia gentium, & reprobauit consilia Iudæorū, sed & cōsilia principum Iudæorum de morte Christi, reprobauit. Consilium autē Domini (quo in Christo instaurare omnia proposuit in plenitudine temporis, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt) in æternum manet. Nec illud Iudæi impedire potuerūt, sed promouerunt mala uoluntate sua, nesciētes.

Genes. 4 Sic Cayn cum inuidia tabescente iter habēs, fratris gloriam non depressit innocentem Abel occidendo, sed auxit. Nec fratres Ioseph uoluntatem dei eum uendendo impedierunt, sed malitia sua & inuidia ad culmen gloriæ eum nesciētes exaltauerunt. Nec zelans Saul odio suo iniuste, non depulit, sed magis idoneū & dignum regno fecit. Taceo superbum Aman. Taceo Absolon filium sceleratum Dauidis. Taceo emulatores Danielis. Taceo accusatores castæ Susannæ. Taceo inimicos Hieremiæ. Taceo tandem principes sacerdotum, legisdoctores & seniores Iudæorum, proditores & peremptores filij dei. Isti & omnes malitiam diligentes, deo ambulantes ex aduerso, iustitiæ inimici, persecutores electorum, resistentes spiritui sancto, non impediūt incommutabilem dei uoluntatem, sed scelerata dei signando ad effectum deducūt. Nec bonis & res

ctis

Psal. 32
Ephes. 1

Genes. 4
Genes. 37.

1. Regum
Hester.
2 Reg. 15
Dani. 6.
Dani. 13

Act. 7

Atis corde pie in Christo uiuentibus uel t̄rillum
 efficiunt, sed profunt maxime. Nec beneficia eis
 faciendo tantum eis utilitatis conferre possent,
 quantum odiendo, mala inferendo & persequens *Iob. 1*
 do, supra dorsum eorum fabricando, & iniquitas
 tes suas prolongando, profunt. Neque enim san- *Mar. 6.*
 ctus Iob, aut sanctissimus mulierum natus, Ioan-
 nes baptista, tanta in mundo fulgerent gloria, si
 illum Satanę malitia, & hūc Herodis nequitia nō
 probasset in camino tribulationis, & excoxisset *Psal. 91.*
 ad purum scorium eius, sicut aurum in fornace
 examinatur & purgatione septies repetita, a ter-
 ræ fœcibus defecasset

¶ Nec reris, errore delusus, deū esse iniquum, *2. Cor. 3*
 aut patrem misericordiarum & deū omnis con- *Esa. 53*
 solationis esse inclementem, quādo filium suum
 unigenitum in mortem tradidit, dereliquit, pro-
 pter scelera populi sui percussit plaga crudeli, &
 uulnere super uulnus concidit. Vel electos suos
 calicem suum bibere, crucem post eum portare,
 supra modum & supra uirtutē grauari, a diabo-
 lo & filijs eius tribulari permittit adeo ut tede- *2. Cor. 3*
 at eos uiuere. Quia deus sanctos suos non derel- *Psal. 90*
 quit, sed est cū eis in tribulatiōe eorū, & post-
 quam probati sunt, legitime certauerant, sustis-
 nuerūt certam ē passionū, ppter nomē suū eripit *Iacobi. 1.*
 & glorificat eos. Dat eis coronā uitę & iustitię,
 se diligentibus repromissam & præparatam.

¶ Non tñ iniquas psequentium Christū & pie
 in Christo uiuentiū, ex dei est orta uel uoluntate

B V nel

26 PASSIO DOMINI NOSTRI

uel cōsilio. Quia fidelis est deus & absq; ulla iniquitate, iustus & rectus. Et rursus: Fidelis dominus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Nec illius facinus quod maius est crimine, manus diuinæ præparationis armavit, quoniam non deus uolens iniquitatem ipse est: Nec hoc plane de summa iustitia sentiens dum est (cum iustus sit & iustitiam diligit, et respicere ad iniquitatem non possit.) Multum diuersum igitur multumq; contrarium est, id quod in malignitate impiorum est præcognitum, & quod in Christi & aliorum sanctorum est passione dispositum. Non inde processit uoluntas interficendi unde moriendi. Nec de uno spiritu extitit atrocitas sceleris, & tolerantia redemptoris & iustorum qui per inuicte uirtutis culmen ipsum sunt secuti. Non enim impias furentium manus immisit in se Dominus, sed admisit. Nec præcisendo quod faciendum esset, coegit ut fieret, cum tamen ad hoc caro factus esset & habitasset in nobis, ut fieret. Denique inter crucifixum & crucifixores tam dispares causæ sunt, ut quod à Christo susceptum est, non possit resolui. Et quod ab illis scelerate commissum est, per pœnitentiã & baptismum dum in Christum credunt, possit aboleri. Nam qui uenit peccatores saluos facere & ad agnitionem sui nominis peruenire uniuersos, etiam suis peremproribus misericordiæ suæ sinu aperit, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Sed impiorum malum, in bonum electorum

Deut. 32

Psa. 144

Psal. 5.

Psal. 18

Abd. 1

Iohan. 3

Act. 2

Matt. 9.

18.

Lu. 9. 19.

1. Tim. 2.

Matt. 13

electorum cōmutat. Vt mirabilis deus in sanctis suis eluceat, & glorificetur dei sapientia, dū non secundū opera hominum, sed secundū multitudinem diuitiarum gratiæ & misericordiæ suæ, omnia electis suis cooperari facit in bonum.

¶ De præfatione tantum dixisse sufficiat, ideo narrationem incipiamus. Stultum etenim est ante historiam effluere, in ipsa autem historia succingi. ¶ Cum igitur seruator noster, oīa benefecisset, & p̄transisset omnibus benefaciēdo, s̄c̄nando omnem languorem, liberando omnes oppressos à diabolo. Tunc multi crediderunt in eum, uidentes signa quæ faciebat, quæ nemo alius fecerat. At æmuli eius hæc oderunt odio iniquo, irascebantur, dentibus frenduerunt & contabuerunt: ille autem cum esset natura bonus, benignus & misericors, non fuit eorum scelere offensus, nec laceffitus insidijs, nec exacerbatus malitia. Imo quanto illi magis appropinquarent ad portas mortis, magis diaboli laqueis ad ipsius uoluntatem explendam constringerentur, magis uenerunt in profundum omnium malorum, & omne salutis adiutorium & consilium aspernarentur, tanto magis p̄ij patris instar, uicem eorum doluit, gemitibus inenarrabilibus & lachrymis defleuit super Hierusalem lamentando. Non ædificiorum demolitionem, sed animarum perditionem. Vnde malitia non uicit sapientiam, sed tanto ampliora eis salutis auxilia contulit & beneficia, quanto magis infirmabantur

Psal. 67.

Rom. 9.

2. Mat. 2.

Mar. 7.

Actu. 10.

Ioan. 2.

Ioah. 15.

Psal. 100.

Mar. 19.

1. Tim. 2.

Prou. 18.

Luca. 19.

Sapient. 9.

28 PASSIO DOMINI NOSTRI

- bantur in fide, desperatiores erant de salute, & per abundantiam maliciæ, frigidiores in charitate. Hinc est quod infirmos in fide suscepit benigne, & tanquam nutrix fouit paruulos lacte consolationis maternæ. Sic & desperatos confortabat, lapsos erexit, errantes reduxit, auersos reuocauit. Breuiter: Fecit se infirmis infirmum, ut infirmos lucrifacerent. Fortibus & perfectis, perfectum se præbuit, ut eos ad perfectiones culmæ æmulandum prouocaret. Omnibus omnia scisum fecit, ut omnes saluos faceret. Ideo beatus qui non fuit scandalizatus in eo. Et beatus est, qui credit in hanc lucem, & ambulat in lumine, sicut ipse ambulauit in lumine, ac fructus lucis profert, qui sunt in omni bonitate cordis, & in omni ueritate oris, & in omni iustitia boni operis.
- Mat. 24*
1. Cor. 9.
Matt. 11.
1. Ioan. 2.
Ephe. 5.

Occasio mortis Christi.

- N**Vnt à principali causa odij & inuidiæ Christi passionem auspicemur, quæ fuit Lazari suscitatio de monumento. Videte ergo quomodo in omnibus quæ magnifice fecit, retribuunt ei mala pro bonis, & odium pro sua dilectione uera & perfecta. Ipse mortuos eorum uiuificauit in anima & corpore. Nam mortuos in peccatis & delictis, uiuificauit per uerbum fidei. Mortui Pharisei, scribæ, hypocritæ, sepelierunt mortuos suos, dum laudabant peccatores in desiderijs suis pessimis, & iniquos benedicebant, læstabant & fascinoabant, ne obedirent ueritati.
- Joh. 11*
Ephe. 2
Matt. 9
Psal. 9.
Galla. 3.

Hos

Hos Christus uiuificauit. Quia uerba quæ loque-
 batur spiritus & uita fuerunt & sunt. In corpore *Ioh. 6.*
 tres mortuos suscitauit, quos legimus: Puellã in
 domo, adoleſcentem in porta, Lazarum fatens
 rem in sepulchro. Sed retribuēbant ei mala pro
 bonis. Nam cum huius fama miraculi in auribus *Matt. 9*
 eorum sonuit, mox excauduerunt, irascebantur, *Lucæ. 7*
 dentibus frenduerunt & contabuerunt: Insuper *Iohan. 11.*
 concilium collegerunt, dicentes: Quid facimus?
 qua hic homo (mirum est, quod non dixerūt hic *Ioh. 11*
 obsessus, hic peccator, hic seductor, hic Beelzes- *Iob. 5*
 bub) multa, magna, inscrutabilia, & inaudita ſi-
 gna solus facit. Si dimittimus eum sic, suam diu-
 nitatem manifestare, omnibus benefacere, tiam
 dei in ueritate docere, patrem suum deum glori- *Matt. 25*
 ficare, tunc omnes credent in eum & saluabuntur. *Iohan. 8*
 Sed & Romani uenient, & tollent locum nostrũ
 & gentem. Sic timuerunt timore, tibi non erat
 timor. Nam si & ipsi in Christum credidissent, *Psal. 13*
 tunc locum & gentē retinissent. Nunc autē hæc
 duo perdiderunt, & seipsos damnauerunt. Ut ues-
 rum sit, quod malum consilium est cōsultori pess-
 simum. Vnus autem ex ipsis, malitia & inuidia dia- *Iohan. 12.*
 bolica alijs superior, cum esset pontifex anni illi-
 us, Cayphas nomine, dixit eis: Vos nescitis quic-
 quam, nec cogitatis quidem quid facto opus sit:
 Expedi uobis (imo & toti generi humano) ut us- *2. Cor. 5.*
 nus moriatur homo, p omnibus morti obnoxius. *R. om. 5*
 Quia in Adam omnes mortui sunt: Et hoc facto, *1. Cor. 15*
 non rota gens pereat, sed ij solummodo, qui dili-
 gunt

90 PASSIO DOMINI NOSTRI

gunt mortem, & nolunt credere in filium dei. **O**ptimum consilium hoc præordinatis ad uitã æternam, sed datori pessimum fuit. Ab illo ergo die, cogitauerunt interficere eum, qui mortuos eorũ uiuificauerat, & uenerat ut uitam haberent, & abundantius haberet. Iuxta illud diui Petri, **A**uthor rem uitæ interfecistis. Sed & Lazarũ interficere cogitabãt filij mortis, eo quod multi propter eũ credebant in Christũ. **O** cæca æmulatio & stulta: Nam si Lazarum occideretis, posset ne illũ rursus excitare Christus? Posset utiq;: Et tũc multo plures quam prius in Christum crederent, & error posterior, uel potius miraculũ posterius, priore uobis plus incõmodaret & peius esset. Sed stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiũt, cõtra sanguinẽ suã insidiantur, & moliantur fraudes cõtra animas suas. Nam incidunt in foueam quam fecerunt. Et dolus eorum conuertit in caput eorum, & in uerticem ipsorum iniquitas eorum descendit, ut in Doech, Achitofel, Aman, accusatoribus Danielis & Susannæ, & in ipsis Iudæis, qui iusti proditores, & peremptores fuerunt, cernere est. At hos in malitia sua disperdidit dominus deus noster.

¶ Iesus autem, quia nondum uenerat hora & dies q̄ ex hoc mũdo decreuerat ire ad patrẽ, id eo iræ locum dedit, & cessit malitiæ. Et iam non palam ambulabat apud Iudæos circa Hierusalẽ, sed abiit ut humilis & mitis corde in regionẽ iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Sicut patet eius Da

Ioh. 10.
Actu. 3.
Ioh. 12

Pro. 1.
Psal. 7.
Prou. 26.
Eccl. 27.
Dan. 6.
Actu. 7.
Psal. 93.

Iohan. 13.
Rom. 12.
Ioh. 12

us Dauid, olim fugit à facie Saul, & morabatur in deserto. Sic zelator legis Iudas Machabæus olim in deserto delituit, & cū suis fœni cibo uescebatur, ne participes iniquationis essent: Donec vindictam fecit in nationibus, & suos saluauit ex inimicis eorum, & de manu omnium qui oderūt eos. Hęc autē in figura contingebant illis.

1. R. 1. 19.

2. Ma. 5.

Luc. 1.

1. Cor. 10.

¶ Proximum autem erat Pascha Iudæorum, & ascenderūt multi Hierosolymam, de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipso ad esum agni typici. Querebant ergo Iesum, & colloquebatur ad inuicem in templo stantes: Quid putatis, quia non uenit ad diem festum? Dederant autē Pontifices & Pharisei mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

Iohan. 10.

¶ Iesus ergo ante sex dies Pasche uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerūt autē ei cenā ibi, & Martha ministrabat. Lazarus uero unus erat ex discumbentibus. Maria autē Magdalene præcioso ungento unxit pedes Iesu, & extersit capillis suis, & quod reliquum erat ungenti, effudit super caput ipsius recubentis, ut Mattheus & Marcus dicunt. Et domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo Iudas, proditor. Quare hoc ungentum non uenit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat & Ioculos habebat, ea que dabatur portis. At Iesus Mariam excusauit, reddita ratione. Iudas autem hac excusatione non fuit contentus, ideo cogitauit quomodo

Iohan. 12.

Mat. 26.

Mar. 14.

Iohan. 12.

42 PASSIO DOMINI NOSTRI

quomodo damnum suum recuperaret, quod ex effusione huius unguenti se putauit pertulisse, nō pe, denarios triginta. Hoc factum est in uigilia Palmarum. ¶ Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset Iesus, & uenerunt non propter Iesum tantum, sed ut & Lazarum uiderent, quem suscitauit à mortuis ante dies octo. In crastinum autem (quæ est dies palmarum) uenit Hierosolymam super asinam & pullum sedens. Tanto autem quanta cum reuerentia & laude, cum quanta frequentia populorum fuit exceptus. Et quomodo fleuit super ciuitatem. Quomodo expulit negociatores e templo, & tota die in eo docuit. Vespere autem factō, relicti illis foras extra ciuitatem abiit, ut dicit Matthæus, in Bethaniam, ibi manfit nocte illa. O quam fallax & instabilis est gloria mundi: Ecce quem tanta cū gloria mane susceperūt, uespere ut onus terræ, ut in gloriam, ut peripsē, ut ipsa uita indignum, ut ouem morbidam, imo, ut pestilentem, seductos remō, ut omnis iustitiæ inimicum, nemo in domum recipere uoluit uel ausus fuit.

¶ Persuasissimum nihilominus mihi habeo, multos fuisse in ciuitate Hierusalem, qui propensissimī fuissent ad omnes consolationes ei faciendas, sed timore potestate præditorum, non fuisse ausos. Quia iam pridem conspirauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Et ego addo, reus mortis esset. Retribuunt ei mala pro bonis: Nam qui tota die uerbi

Ioan. 11

Matt. 21.

Mar. 11

Lucæ. 19

Matt. 21

Ioan. 9

uerbi dei cibo pauerat, & aqua sapientiæ salutis eos potauerat. Huius nec panis micæ, nec calicem aquæ frigidæ retribuerunt, cū fatigatus fuisset ex multo suo labore. *Luc. 16. Mat. 16.*

¶ Feria secunda post diem palmarum, iterum cum discipulis suis redijt, in itinere ficum expertem fructibus, maledixit. Et templum ingressus, totam diē in doctrina salutis seminanda exegit. Vesperis rursus ad Bethaniam reuertebatur, ieiunus & sitiens. ¶ Die martis ad ciuitatem sanctam, plenam iniquitate, reuertebatur, confurgens diluculo & loquens, sed non audierunt eū, nec inclinauerunt aures suas, sed indurauerunt corda sua & ceruices suas, instar petræ & adamantis, ac omnes sermones eius retrorsum proiecerunt, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Tunc in parabolis eis loquebatur de regno cælorum, in quibus conclusit, eos à regno dei esse se excludendos, & ligatis manibus ac pedibus in ignem damnationis detrudendos æternæ. *Nab. 9. Eze. 7. Hie. 7. Esai. 9. Mat. 23. Proker. 8.*

¶ Tunc frustra rete iecerunt ante oculos penitenti, qui scrutatur renes & corda. Nam miserunt ad eum infidiatores, qui se iustos simulauerunt, ut caperent eum in sermone. Et dilemate uastro eum adoriebantur, & sicut nouaculum acutum fecerunt dolum. Et quidē pacifice illi loquebantur, sed in iracundia terrę loquentes, dolos cogitabant. At ueritas ipse Christus, cum omnia ueritate, technas fraudium eorum elusit, dicens: Date deo quę dei sunt, & Cæsari quę Cæsaris.

Cæsaris

34 PASSIO DOMINI NOSTRI

Pfal. 36 faris sunt . Sic malignus gladius eorum intravit in corda eorum, & arcus eorum fuit contractus.

Matt. 22 ¶ Sic & Saduceorum carnalē & qualibet aras
Matt. 10 nearū tela infirmiore[m] cauillū, dissoluit tā clare, quod omnes aduersarij audite[re] ueritati resistere & contradicere non potuerunt, quantumlibet sapientes essent in oculis suis, astuti & multi.

Matt. 22 ¶ Simili modo arma contriuit & sagittas confregit malignorum, dum interrogauerunt eū de magno mādato legis, q[ui] minimum nō seruauerūt.

Tit. 1. 2 ¶ Postea tam dure eos arguit, & cū omni imperio eos increpauit, ut alias nunq[ui]d. Et fictum disciplinę eorum tam aspere traduxit, tā fidenter factum eorum damnauit isto die, eorumq[ue] hypocritisim tanta autoritate cōfudit, ut mirum sit quod eum dentibus suis non lanauerunt . Et occidissent eum, nisi plebem timuissent.

Mat. 24. ¶ Vesperi, cum ora omnium iniqua de se loquētium obstruxisset, de ciuitate exiuit, dicens: Non uidebitis me amodo, donec dicaris: Benedictus qui uenit in nomine domini. Post hęc ipsa die, cū sero factum esset, dixit discipulis suis de ciuitatis

Mar. 13. tis Hierusalem euerfione, de aduentu Antichristi & mundi deceptione per eius dolos . De aduentu iudicis, & iudicandorum discretione, & dispari iuxta merita & opera uniuscuiusq[ue] retributione, tum malorum, tum iustorum . Et cum hos sermones consummasset, sedēs in monte Oliueti

Luce. 21. ¶ **Matt. 26** contra Hiernsalē, dixit discipulis suis: Scitis quā post biduum Pascha fiet, & filius hoīs traderetur ut crucif

crucifigatur. Postea rediit in Bethaniã, & mansit
 ibi apud Mariã, Lazari, & Magdalenã usq; ad diẽ
 Iouis. ¶ Die mercurij congregati sunt prin-
 cipes sacerdotũ & scribẽ & seniores populi, in as-
 triũ principis sacerdotũ qui dicebatur Cayphas,
 & cõsiliũ fecerunt in unum, ut Iesum dolo tene-
 rent (quia iustam causam non habuerunt contra
 eum) & occiderent morte turpissima. Dicebant
 autem (ut sapientes ad faciendum malum) nõ in
 die festo (hoc facere consiliũ est) ne forte tumultus
 fieret in populo. (Quia ois populus eum sicut
 prophetã habet. Omnes eũ diligũt, faciũt maxi-
 mi, ob singulares eius uirtutes, uitam inculpatã,
 & doctrinã excellentẽ, atq; honorant obseruan-
 ter) Timebant enim plebem, non deum qui mas-
 los male perdit & iniquis reddit iniquitatem ip-
 sorum, & in malitia eorum illos disperdit.

¶ Intrauit autem Satanas in Iudam, uas iræ,
 aptum ad interitum, qui Deum amplius non ti-
 muit, nec homines reueretur, insatiabili auari-
 tia siti æstuantem, quo nihil est scelestius. Nam
 radix illa cupiditatis, omnium malorum fecun-
 da atque maledicta parens est, & animam suam
 uenalem habet. Vnum (numero, non merito) de
 duodecim Apostolis, quos Christus elegerat ex
 hoc mundo. Ille autem diabolus fuit, cæteri sal-
 terræ, lumina mundi, uasa electionis & miseris
 cordia, amici CHRISTI, principes orbis, lu-
 dices seculi, cohæredes regni. Et abiit in conciliũ
 impiorũ, stetit in uia peccatorũ. Abiit retro post
 C ij Satanas,

Sap. 2

Hic. 4.

Mat. 22

Psal. 13

Rom. 9.

Luc. 12

Eccle. 10

1. Tim. 6.

Ioh. 6.

Matt. 3

Psal. 1.

36 PASSIO DOMINI NOSTRI

Saranam, à uita ad mortem, à salute in perditionem. Abijt suapte malitia, in uia Cayn, ingratus deo, malum reddens pro bono, dans locum diabolo, & instinctus eius sequens habenas, omne consilium dei aspernando, omnes minas Christi exufflando. Sed quo abiit? Vtique ad principes

Dan. 13. sacerdotum, seniores & magistratus, à quibus
 1. Esd. 9. egressa est omnis iniquitas, ex quibus nemo seruauit legem dei. At homines reuera mente corruptos, in reprobum sensum datos, in arcum prauum conuersos, reprobos circa fidem, plenos omni malicia, dolo & iniquitate, filios diaboli, deo ambulantes ex aduerso, desperatos in suis scele-

ribus, inimicos omnis iustitiæ, qui nunquam non subuerterunt uias domini rectas: Sic similis simili sibi iungebatur, sicut & uolatilia ad sibi similia conueniunt. Et locutus est cum eis, quemadmodum Iesum, qui de omnibus optime meritus fuerat, eis traderet in mortem. Et ait illis. Non uocatus, non persuasus, nisi a Sarana, qui agebat eum.

Eph. 4. Iam enim desperauerat semetipsum, ideo secundum principem potestatis aeris huius, qui in filiis diffidentiae operatur omnem impietatem & malitiam, ambulauit, loquebatur & egit. Quid uultis mihi dare mercedis, & ego cum uobis tradam, sine turba, tumultu & ullo periculo? Hoc audiens:

Mar. 14. gausi sunt gaudio magno ualde, & promiserunt se ei pecuniam daturos. Ecce quomodo hic avarus animam suam uenalem habuit. Sic homo pacis Christi, in quo sperauit, magnificauit super

Eccle. 10. cum
 psal. 40.

eum supplantationem. Et leuauit contra Christū calcaneū suum, qui manducauit panē illius. *Matt. Iohan. 13*
 thæus ait: Et constituērunt ei triginta argēteos, *Matt. 26*
 iuxta uaticinium Zachariæ. Lætabantur cum ma- *Zach. 11-*
 lefecerunt, & in rebus pessimis exultrauerūt. Sed *Prou. 2*
 lætitia hæc extrema insania erat. Miseri magis *Sap. 14-*
 esse deberent, lugere & flere de tanto scelere, *Iacob. 4,*
 quod dñi non faciūt, & glorientur in sua malitia, *Prou. 14*
 ideo risus iste eorum in mœrorem cōuersus est, *Luca. 22-*
 & gaudium in luctū æternum. Et spondit Iu- *Psal. 49-*
 das eis tradere Christum, filium dei benedicti & *Esaiæ. 1.*
 uiui. Sic sacerdotes uidentes furem Iudam, curre *Matt. 26*
 bant cum eo. Sic uerificatum est illud: Principes
 tui infideles, socij furum. Et quærebat Iudas mos-
 dum, uiam & opportunitatem, quomodo Chris-
 tum opportune Iudæis traderet, sine turbis.

¶ Venditione hac & proditione facta, Iudas
 ad Bethaniam redijt, perinde ac nullius mali sibi
 conscius esset, & qui omnia in Hierusalem bene
 disposuisset. Et quidem nihil melius pro huma-
 ni generis redemptione maturanda atq; complē-
 da in loco & tempore à Deo præfinito, & nihil
 peius & damnabilius pro se, disponere potuisset.
 Apostoli uero, nihil mali de eo suspicabantur, rat-
 i, quod eadē uel maiori quam ipsi erga Christū
 charitate flagraret. Nam uera & pura dilectio, in *Philip. 1.*
 humilitate alios superiores se & meliores arbitra-
 tur. Putabant etiam quod ea quæ ad esum agni
 & diem festum necessaria erant, emisset & dispo-
 suisset. Nam sicut mali & inuidi semper bonorū

C in opera

40 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Iob. 14** Ergo oblatus est, quia ipse uoluit, & quando uoluit. apud te facio Pascha cum discipulis meis, quae
- Hes. 1** le non fuit factum a diebus Regum & Iudicum
- Heb. 10** Israel, ut dicitur de Iosia rege. Sed hic est plus q̄
- Ioan. 1** Iosias. Imo ab initio tale Pascha non est factum,
- Psal. 47** nec fiet donec caelum atteratur. In cuius compa
- Rom. 8.** ratione, exiguum & nullum est grande conuiuium q̄d ditissimus rex Assuerus tertio regni sui anno fecit, umbra solummodo huius fuit. At gratia & ueritas illius, p̄ Iesum Christum facta est. Et ille ostendet uobis coenaculum grande. Et bene grande, quia ego illuc ueniam, q̄ magnus deus super omnes deos sum, & magnus Dominus, laudabilis nimis, qui non habeo consummationem. Sed & uos mecum ibi coenabitis. Nam sicut uos predestinaui, uocaui, & iustificauit, sic & uos magnificabo. Benedicam uos & magnificabo nomen uestrum eritisq̄ benedicti. Sed & magna ibi facia, quae
- Sapient. 8** facta non sunt ex quo gentes esse coeperunt. stratum, lapidibus forsita preciosis. Et illic parate nobis. & abierunt discipuli, Petrus & Ioannes, filij obedientiae, & inuenerunt sicut dixerat illis, uirtus & sapientia patris, attingens a fine in finem fortiter, & disponens omnia suauiter, & parauerunt Pascha.
- Ioan. 19** ¶ Vespere aut facta, uenit Iesus a Bethania in Hierusalē, in domum designatam, cum decem discipulis suis, quia Petrus & Ioannes ibi iam erant, Sciens autem Iesus, quia uenit hora eius, in qua ex hoc mundo transire uoluit ad patrem. Cum dilexisset suos q̄ erant in hoc mundo, in finem dilexit eos.

It eos. Et cœna facta atque illis discumbentibus & agnum typicum iuxta legis præscriptum comedentibus, dixit Iesus: Desyderio desyderavi hoc Pascha typicū manducare uobiscū, & in hoc legis umbras finire in uniuersum, antequam par-
 tiar. Dico enim uobis, non manducabo illud, (ue-
 tus Pascha. Nō enim ultra uetus Pascha celebra-
 bo, donec in Ecclesia, quæ est regnū dei, spiritu-
 aliter intellectum, cōpleatur. In hoc regno usq̃
 hodie māducat Christus, cum ea quæ Moyses rudi
 populo carnaliter obseruāda præcepit, & in mēs-
 bris suis in spiritu & ueritate exercet) donec im-
 pleatur in regno dei (quod est Ecclesia dei uiui)
 columna & firmamentum ueritatis. Et accepto
 calice (quī ad uetus Pascha pertinet) gratias egit
 (ideo scilicet, quia uetera transferunt, & noua
 omnia erant uentura) & dixit: Accipite & diuis-
 dite inter uos. Dico enim uobis, quod non bibam
 de generatione uitis, donec regnum dei ueniat.
 Et hic finis est legis. Qui lex pedagogus noster
 erat in Christū, q̃ est finis legis ad iustitiam omni-
 credēti. Orto sole iustitię, tenebrę noctis fugan-
 tur, supuacuis est cādelarū usus & lucernarū, no-
 uis supueniētibus, uetera, p̃ncipi iubentur. Veritas
 umbrā fugat. Cū homo uir efficitur, euacuat ea
 quæ sunt paruulorum, & nuces relinquit cōsulto.

Col. 1. 4
1. Cor. 10.

1. Tim. 3.
2. Cor. 5

Gal 3
Rom. 10
Mal. 4
Leu. 16
1. Cor. 13.

De pedum ablutione

Ioan. 13

ET cœna typica expleta, cū diabolus iā misisset in cor Iudę ut traderet eum, sciens quia
 v omnia

48 PASSIO DOMINI NOSTRI

omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiit, & ad deum uadit, surgit à cœna, in qua agnū typicum iuxta legitima patribus indulta comederat, & ponit uestimenta sua. Et cū accepisset lintheum. præcinxit se. Deinde misit aquā in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorū, & extergere lintheo quò erat p̄cinctus. Venit ergo ad Simonē Petrum, & dixit ei Petrus: Dñe, tu mihi lauas pedes? Respondit ei Iesus, & dixit ei: Quod ego facio tu nescis modo, scies aut̄ postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternū. Respondit ei Iesus: Si nō lauero te, nō habebis partē mecū. Dicit ei Simon Petrus: Dñe, non tantum pedes, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et uos mūdi estis, sed nō omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eū, propterea dixit: Non estis mūdi omnes. Postq̄ ergo lauit pedes eorū, accepit uestimenta sua, & cum recubuisset, iterū dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magister & dñe, & benedicitis. Sum etenim: Si ergo ego laui pedes uestros, magister & dñs, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exēplū enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. (Sic olim Abrahā pater fidei nostræ, angelorū pedes quos suscepit hospitio in figura hoīm lauit. Idem & Loth fecit, atq̄ per hoc placuerūt deo.) Per pedū aut̄ abluionem, omne pietatis & charitatis officiū, proximus esse impēdendū, intellige.

Amen

Gen. 18
Gen. 19
Heb. 13

Amen, amen dico uobis, non est seruus maior domino suo, neq; discipulus maior est illo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Nō de omnibus uobis dico. Ego scio quos elegerim, sed ut adimpleatur sermo, qui in lege scriptus est, Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. A modo dico uobis, P^{sal.} 40. priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis, quia ego sum. Ex hoc articulo habemus, quod 2. Cor. 7. ante communionem ab omni malicia, imo ab omni inquinamento carnis & spiritus emundare debemus conscientias nostras: Expurgare 1. Cor. 5. omne uetus fermentum, & esse noua & immaculata conspersio. Ut agnum nostrum, qui Christus est, in azimis sinceritatis & ueritatis epulari posimus: Et non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ & nequitiae. Alioqui iudicium & perditionē nobis māducamus & bibimus, corpus dñi non dijudicādo, & antea nos nō probandos.

Sacramenti institutio.

Cœnantibus autem illis, accepit Iesus panem, & gratias agens, benedixit ac fregit, & dedit discipulis suis, dicens: Accipite & comedite, Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquā cœnauit, accepit, gratias egit, & dedit discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim calix sanguinis mei, noui testamenti (uidelicet,

32 PASSIO DOMINI NOSTRI

quomodo damnum suum recuperaret, quod ex effusione huius unguenti se putauit pertulisse, nō pe, denarios triginta. Hoc factum est in uigilia Palmarum. ¶ Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic esset Iesus, & uenerunt non propter Iesum tantum, sed ut & Lazarum uiderent, quem suscitauit à mortuis ante dies octo. In crastinum autem (quæ est dies palmarum) uenit Hierosolymam super asinam & pullum sedens. Taceo autem quanta cum reuerentia & laude, cum quanta frequentia populorum fuit exceptus. Et quomodo fleuit super ciuitatem. Quomodo expulit negociatores e templo, & tota die in eo dormiuit. Vespere autem factò, relictis illis foras extra ciuitatem abiit, ut dicit Matthæus, in Bethaniam, ibi mansit nocte illa. O quam fallax & instabilis est gloria mundi: Ecce quem tanta cū gloria mane susceperūt, uespere ut onus terræ, ut in glorium, ut peripsema, ut ipsa uita indignum, ut ouem morbidam, imo, ut pestilentem, seductos remig, ut omnis iustitiæ inimicum, nemo in domum recipere uoluit uel ausus fuit.

¶ Persuasissimum nihilominus mihi habeo, multos fuisse in ciuitate Hierusalem, qui propensissimè fuissent ad omnes consolationes ei faciendas, sed timore potestate præditorum, non fuisse ausos. Quia iam pridem conspirauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Et ego addo, reus mortis esset. Retribuunt ei mala pro bonis: Nam qui tota die

uerbè

Ioan. 11

Matt. 21.

Mar. 11

Luce. 19

Matt. 21

Ioan. 9

uerbi dei cibo pauerat, & aqua sapientiæ salutaris eos potauerat. Huius nec panis micæ, nec calicem aquæ frigidæ retribuerunt, cū fatigatus fuisset ex multo suo labore. *Luc. 16. Mat. 10.*

¶ Feria secunda post diem palmarum, iterum cum discipulis suis redijt, in itinere ficum expertem fructibus, maledixit. Et templum ingressus, totam diē in doctrina salutis seminanda exegit. Vesperi rursus ad Bethaniam reuertebatur, ieiunus & sitiens. ¶ Die martis ad ciuitatem sanguinum, plenam iniquitate, reuertebatur, consurgens diluculo & loquens, sed non audierunt eū, nec inclinauerunt aures suas, sed indurauerunt corda sua & ceruices suas, instar petræ & adamantis, ac omnes sermones eius retrorsum proiecerunt, & eloquium sancti Israel blasphemaauerunt. Tunc in parabolis eis loquebatur de regno cælorum, in quibus conclusit, eos à regno dei esse se excludendos, & ligatis manibus ac pedibus in ignem damnationis detrudendos æternæ. *Nabr. 9. Eze. 7. Hie. 7. Esaiæ. 9. Mat. 23. Prover. 8.*

¶ Tunc frustra rete iecerunt ante oculos penitentiæ, qui scrutatur renes & corda. Nam miserunt ad eum infidiatores, qui se iustos simulauerunt, ut caperent eum in sermone. Et dilemante uastro eum adoriebantur, & sicut nouaculum acutum fecerunt dolum. Et quidē pacifice illi loquebantur, sed in iracundia terrę loquentes, dolos cogitabant. At ueritas ipse Christus, cum omnia uincente ueritate, technas fraudium eorum elusit, dicens: Date deo quæ dei sunt, & Cæsari quæ Cæsaris. *Math. 23. Lucæ. 20. Mar. 12. Psal. 52. Psal. 34. 3. Es. 4. Psal. 36.*

Cæsaris

crucifigatur. Postea redijt in Bethaniã, & mansit ibi apud Mariã, Lazari, & Magdalenã usq; ad diẽ Iouis. ¶ Die mercurij congregati sunt principes sacerdotũ & scribẽ & seniores populi, in atriũ principis sacerdotũ qui dicebatur Cayphas, & cõsiliũ fecerunt in unum, ut Iesum dolo tenerent (quia iustam causam non habuerunt contra eum) & occiderent morte turpissima. Dicebant autem (ut sapientes ad faciendum malum) nõ in die festo (hoc facere consiliũ est) ne forte tumultus fieret in populo. (Quia ois populus eum sicut prophetã habet. Omnes eũ diligũt, faciũt maximi, ob singulares eius uirtutes, uitam inculpatã, & doctrinã excellentẽ, atq; honorant obseruantes) Timebant enim plebem, non deum qui malos male perdit & iniquis reddit iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum illos disperdit.

¶ Intrauit autem Satanas in Iudam, uas iræ, aptum ad interitum, qui Deum amplius non timuit, nec homines reuerbatur, insatiabili auaritia siti æstuantem, quonihil est scelestius. Nam radix illa cupiditatis, omnium malorum fecunda atque maledicta parens est, & animam suam uenalem habet. Vnum (numero, non merito) de duodecim Apostolis, quos Christus elegerat ex hoc mundo. Ille autem diabolus fuit, cæteri sal terræ, lumina mundi, uasa electionis & misericordia, amici CHRISTI, principes orbis, iudices seculi, cohæredes regni. Et abñt in conciliũ impiorũ, stetũt in uia peccatorũ. Abñt retro post
 C ij Satanas,

Sap. 2
Hic. 4.

Mat. 22

Psal. 139

Rom. 9.

Luce. 12

Eccle. 10

1. Tim. 6.

Ioh. 6.

Matt. 9

Psal. 1.

36 PASSIO DOMINI NOSTRI

Satanam, à uita ad mortem, à salute in perditionem. Abijt suapte malitia, in uia Cayn, ingratus deo, malum reddens pro bono, dans locum diabolo, & instinctus eius sequens habenas, omne consilium dei aspernando, omnes minas Christi exufflando. Sed quo abijt? Vtrique ad principes sacerdotum, seniores & magistratus, à quibus egressa est omnis iniquitas, ex quibus nemo seruauit legem dei. At homines reuera mente corruptos, in reprobum sensum datos, in arcum prauum conuersos, reprobos circa fidem, plenos omni malicia, dolo & iniquitate, filios diaboli, deo ambulantes ex aduerso, desperatos in suis sceleribus, inimicos omnis iustitiæ, qui nunquam non subuerterunt uias domini rectas: Sic similis simili sibi iungebatur, sicut & uolatilia ad sibi similia conueniunt. Et locutus est cum eis, quemadmodum Iesum, qui de omnibus optime meritus fuerat, eis traderet in mortem. Et ait illis. Non uocatus, non persuasus, nisi a Satana, qui agebat eum. Iam enim desperauerat semetipsum, ideo secundum principem potestatis aeris huius, qui in filiis diffidentiae operatur omnem impietatem & malitiam, ambulauit, loquebatur & egit. Quid uultis mihi dare mercedis, & ego eum uobis tradam, sine turba, tumultu & ullo periculo? Hoc audientes, gauisi sunt gaudio magno ualde, & promiserunt se ei pecuniam duros. Ecce quomodo hic auarus animam suam uenalem habuit. Sic homo pacis Christi, in quo sperauit, magnificauit super eum

1an. 13.

Esd. 9

1h. 7.

Tim. 3.

Act. 13

phe. 4.

eccl. 13.

eccl. 27

phe. 2.

Iar. 14.

eccl. 10.

sal. 40.

cum

eum supplantationem. Et leuauit contra Christū calcaneū suum, qui manducauit panē illius. *Matt. Iohan. 19*
 rhæus ait: Et constituerunt ei triginta argēteos, *Matt. 26*
 iuxta uaticinium Zachariæ. Lætabantur cum ma: *Zach. 11.*
 lesecerunt, & in rebus pessimis exultauerūt. Sed *Prou. 2*
 lætitia hæc extrema insania erat. Miseri magis *Sap. 14*
 esse deberent, lugere & flere de tanto scelere, *Iacob. 4.*
 quod dū non faciūt, & gloriantur in sua malitia, *Prou. 14.*
 ideo risus iste eorum in mœrorem cōuersus est, *Lucæ. 22.*
 & gaudium in luctū æternum. Et spondit Iu: *Psal. 49.*
 das eis tradere Christum, filium dei benedicti & *Esaiæ. 1.*
 uiui. Sic sacerdotes uidentes furem Iudam, curre *Matt. 26*
 bant cum eo. Sic uerificatum est illud: Principes
 tui infideles, socij furum. Et quærebat Iudas mo:
 dum, uiam & opportunitatem, quomodo Chris:
 tum opportune Iudæis traderet, sine turbis.

¶ Venditione hac & proditione facta, Iudas
 ad Bethaniam redijt, perinde ac nullius mali sibi
 conscius esset, & qui omnia in Hierusalem bene
 disposuisset. Et quidem nihil melius pro huma:
 ni generis redemptione maturanda atq; complē:
 da in loco & tempore à Deo præfinito, & nihil
 peius & damnabilius pro se, disponere potuisset.
 Apostoli uero, nihil mali de eo suspicabantur, ras:
 ti, quod eadē uel maiori quam ipsi erga Christū
 charitate flagraret. Nam uera & pura dilectio, in *Philip. 1.*
 humilitate alios superiores se & meliores arbitra:
 tur. Putabant etiam quod ea quæ ad esum agni
 & diem festum necessaria erant, emisset & dispo:
 suisset. Nam sicut mali & inuidi semper bonorū

C iij opera

98 PASSIO DOMINI NOSTRI

Hef. 16. opera calumniantur, sugillant & damnant intentiones cordis, soli deo notas: sic boni & recti corde, ex sua natura & bonitate alios estimant, & omnes innocentes manibus & mundos corde arbitrantur. Oēs idē sapere secundū Iesum Christū, eandē de charitatem habere, uno affectu & animo idipsum sentire, qđ & in Chriho Iesu putāt & sperāt.

De his que in die Iouis Christus egit.

Exo. 12.
13.
Num. 23
Deut. 16.
1. Cor. 5
Gene. 41.
Matt. 5
Deut. 16

Prima ergo die azimorum in qua necesse erat occidi Pascha. Hęc fuit luna 14. ad uesperam quando septem diebus azimis uescebatur, & fermentatum sub pœna mortis expurgatum. erat de habitaculis Iudæorū. Quod in figura nostrifactum est, ut & nos agnū nostrū, p nobis immolatū, ad uesperā Paschę non in fermēto ueteri, nec in fermēto malitię & nequitię epulemur, sed in azimis sinceritatis & ueritatis. Accesserunt in simplicitate cordis discipuli ad Iesum, ex quo pendebant toti, absq; cuius imperio, nullus illorum manum aut pedem mouit, ab eo tēpore quo ad munus Apostolicum fuerunt asciti ab eo. A tempore & legis dei sanctione (quā Christus nō uenit soluere, sed adimplere usq; ad apicē minimū, sumentes occasionem, dixerūt ergo: Vbi & quo uis eamus & paremus tibi comedere Pascha? Hoc est, agnū Paschalē, quem in sola Hierusalē offerre & comedere phas erat. In cuius ergo domo id pręparemus ut comedas illud cū discipulis tuis, eo quod domū ppriā non habes in ciuitate, imo nec passum pedis ubi caput tuum reclines. Tā enim

paug

pauper, ppter nos factus es, cum diues fuisses, ut
 tua inopia diuites nos in fide, gratia & meritis fac
 ceres & heredes regni tui cœlestis. Tūc misit duos
 ex discipulis suis, charitate quæ uinculū perfecti
 onis est, colligatos, nempe Petrum principē pas
 storū, uicariū suū, in amore Christi ꝑ ceteris fer
 uentiorē, & Ioannē, quē singulari & familiariori
 dilectione prosequēbatur. Et ait illis, filijs obedi
 entię: *Ite in ciuitatem Hierusalē, quæ olim ciuitas*
fidelis erat & plena iudiciij, nūc aut facta est mes
retrix. Iustitia habitauit in ea, nūc aut homicidæ.
ad quendam, cuius nomen scriptū est in cœlis & in
libro uitæ. Et ppter Iudam non exprimit nomē
eius, ne ille facinus proditionis ꝑoccuparet, si dor
mū sciuisset. Et ut Iesus quē restabāt ante mors
tem suam facienda, sine Iudæ impedimento oīa
adimpleret. Mar. dicit: Introcuntibus uobis ciui
tatem, occurret uobis homo, ratione utens, lagenā
aquæ baiulans, per quam signatur quod cor in quo
 Christus cœnam facere uult, ab omni inquinamēto
 carnis & spiritus se debet abluere. Item
 ab omni malitia, ut super niuem albius fiat. *scz*
quimini eum. Et quocumque introierit, dicite patri
familias domus. Sciuit enim illum esse dignum
 qui eum reciperet: *Magister dicit tibi. Magister*
 ille unus, qui docet utilia, nempe, bonitatem cor
 dis, disciplinam morum, & scientiam dei, salu
 ris & sanctorum, quibus nihil est in uita homi
 nibus utilius. *Tempus meum, beneplaciti mei, tem*
 pus miserendi, patiendi, & redimendi, prope est.

C ūq̄ Ergo

2. Cor. 8

Col. 3

1. Pet. 5

Ioan. 12

Esaia. 2

Lucæ. 10.

Phil. 4

2. Cor. 7.

Psal. 50

Mat. 10

Mat. 23.

Psal. 118.

Sapient. 8

Esa. 13

40 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Iob. 14** Ergo oblatus est, quia ipse uoluit, & quando uoluit. *apud te facio Pascha cum discipulis meis, quae*
- Heb. 1** *le non fuit factum a diebus Regum & Iudicum*
- Heb. 10** *Israel, ut dicitur de Iosia rege. Sed hic est plus q̄*
- Ioan. 1** *Iosias. Imo ab initio tale Pascha non est factum,*
- Psal. 47** *nec fiet donec caelum atteratur. In cuius compa*
- Rom. 8.** *ratione, exiguum & nullum est grande conuiuium q̄d ditissimus rex Assuerus tertio regni sui anno fecit, umbra solūmodo huius fuit. At gratia & ueritas illius, p̄ Iesum Christum facta est. Et ille ostendet uobis caenaculum grande. Et bene grande, q̄a ego illuc ueniam, q̄ magnus deus sum per oēs deos sum, & magnus Dñs, laudabilis nimis, qui non habeo cōsummationem. Sed & uos mecum ibi cœnabitis. Nam sicut uos p̄destinatus ui, uocaui, & iustificauit, sic & uos magnificabo. Benedicam uos & magnificabo nomen uestrum eritisq̄ benedicti. Sed & magna ibi faciã, quae*
- Sapient. 8** *facta, non sunt ex quo gentes esse cœperunt. stratam, lapidibus forsitã p̄ciosis. Et illic parate nobis. & abierunt discipuli, Petrus & Ioannes, filij obedientiae, & inuenerunt sicut dixerat illis, uirtus & sapientia patris, attingens a fine in finem fortiter, & disponēs oīa suauiter, & parauerūt Pascha.*
- Ioan. 19** *¶ Vespere aut̄ facto, uenit Iesus a Bethania in Hierusalē, in domum designatam, cum decē discipulis suis, quia Petrus & Ioannes ibi iam erant, Sciens autem Iesus, quia uenit hora eius, in qua ex hoc mundo transire uoluit ad patrem. Cum dixisset suos q̄ erāt in hoc mūdo, in finem dilexit eos.*

it eos .

It eos. Et cœna facta atque illis discumbentibus & agnum typicum iuxta legis præscriptum comedentibus, dixit Iesus: Desyderio desyderavi hoc Pascha typicū manducare uobiscū, & in hoc legis umbras finire in uniuersum, antequam par-
 tiar. Dico enim uobis, non manducabo illud, (ue-
 tus Pascha. Nō enim ultra uetus Pascha celebra-
 bo, donec in Ecclesia, quæ est regnū dei, spiritu-
 aliter intellectum, cōpleatur. In hoc regno usq̃
 hodie māducatur Christus, cum ea quæ Moyses rudi
 populo carnaliter obseruāda præcepit, & in mēs-
 bris suis in spiritu & ueritate exercet) donec im-
 pleatur in regno dei (quod est Ecclesia dei uiui)
 columna & firmamentum ueritatis. Et accepto
 calice (qui ad uetus Pascha pertinet) gratias egit
 (ideo scilicet, quia uetera transferunt, & noua
 omnia erant uentura) & dixit: Accipite & diuis-
 dite inter uos. Dico enim uobis, quod non bibam
 de generatione uitis, donec regnum dei ueniat.
 Et hic finis est legis. Qui lex pedagogus noster
 erat in Christū, q̃ est finis legis ad iustitiam omni-
 credēti. Orto sole iustitiæ, tenebrę noctis fugantur,
 supuacuuus est cādelarū usus & lucernarū, no-
 uis supueniētibus, uetera, p̃ncipi iubentur. Veritas
 umbrā fugat. Cū homo uir efficitur, euacuat ea
 quæ sunt paruulorum, & nuceas relinquit cōsulto.

Col. 2. 4.

1. Cor. 10.

1. Tim. 3.

2. Cor. 5

Gal 3

Rom. 10

Mal. 4

Leu. 16

1. Cor. 13.

De pedum ablutione

Ioan. 13

ET cœna typica expleta, cū diabolus iā misisset in cor Iudæ ut traderet eum, sciens quia
 v omnia

Amen, amen dico uobis, non est feruus maior do-
 mino suo, neq; discipulus maior est illo qui misit
 illum. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Nō
 de omnibus uobis dico. Ego scio quos elegerim,
 sed ut adimpleatur sermo, qui in lege scriptus
 est, Qui manducat mecum panem, leuabit con-
 tra me calcaneum suum. A modo dico uobis, *Psal. 40.*
 priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis,
 quia ego sum. Ex hoc articulo habemus, quod *2. Cor. 7.*
 ante communionem ab omni malicia, imo ab
 omni inquinamento carnis & spiritus emunda-
 re debemus conscientias nostras: Expurgare *1. Cor. 9.*
 mne uetus fermentum, & esse noua & immacu-
 lata conspersio. Ut agnum nostrum, qui Christus
 est, in azimis synceritatis & ueritatis epulari pos-
 simus: Et non in fermento ueteri, neque in fer- *1. Cor. 12.*
 mento maliciæ & nequitæ. Alioqui iudicium &
 perditionē nobis māducamus & bibimus, corpus
 dñi non dijudicādo, & antea nos nō probandos.

Sacramenti institutio.

Cœnantibus autem illis, accepit Iesus panem,
 & gratias agens, benedixit ac fregit, *Matt. 26.*
 & dedit discipulis suis, dicens: Accipite *Mar. 14.*
 te & comedite, Hoc est corpus meum, quod *Luc. 22.*
 pro uobis tradetur. Hoc facite in meam com-
 memorationem. Similiter & calicem, postquā
 cœnauit, accepit, gratias egit, & dedit disci-
 pulis suis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic
 est enim calix sanguinis mei, noui testamenti
 (uidelicet,

44 PASSIO DOMINI NOSTRI

- (uidelicet confirmariuus, roborariuus, stabilituus) qui pro uobis & pro multis effundetur, in remissionem peccatorum. Et turbatus est Iesus & protestatus est, dicens: Omnes uos scandalizabimini in me in ista nocte, quia scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergetur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus bis cantauerit, ter me esse negaturus. At ille amplius loquebatur: Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Animam meam pono pro te. Et rursus ut Lucas ait: Paratus sum tecum in carcerem & in mortem ire. Similiter & omnes dixerunt: Ait autem dominus Simoni: Simon, ecce Satanas expetiuit uos, ut cribraret uos sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos: Amen, amen dico uobis, qui accipit si quem misero, me accipit. Qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. ¶ Et cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen dico uobis, quia unus ex uobis me tradet, Lucas: Manus tradentis me, mecum est in mensa. At illi cœperunt contristari ualde, & aspiciabant ad inuicem, hesitantes de quo diceret, & discubant ei singillatim: Nunquid ego sum Dominus? At ipse respondens ait: Qui intingit manum mecum

mecum

mecum in parapside, hic me tradet. Filius quidē
 hominis uadit, sicut scriptum est de illo, uæ autē
 homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bon-
 rum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Erat
 autem recumbens unus ex discipulis eius in sinu
 Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Si-
 mon Petrus, & dixit ei (Lyra, non lingua aut uer-
 bis, sed signis. Et quamuis Petrus solitus fuisset
 loqui, modo tamē non audebat, eo quod in lotione
 pedū reprehensus fuerat: Et nunc contristatus,
 quod in hac nocte ter eū esset negaturus) Quis
 est de quo dicit? Itaque cum recubisset ille supra
 pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit
 Iesus: Ille est, cui intinctum panem porrexero.
 Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis
 Ischariotis. Et post buccellam, introiit in eū Sa-
 tanas. Dixit quoque Iudas: Nunquid ego sum rabbi?
 qui te est traditurus in manus peccatorū. Et di-
 cit ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autē nemo
 sciuit discubentium, ad quid dixerit ei. Quidam
 enim putabāt (quia loculos habebat Iudas) quod
 dixisset ei Iesus, eme ea quæ opus sunt nobis ad
 diem festum, aut ut egenis aliquid daret. Cum er-
 go accepisset ille buccellam, exiuit cōtinuo. Erat
 autem nox. Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc
 clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus
 est in eo. Si Deus glorificatus est in eo, & Deus
 glorificabit eum in semetipso, & continuo glo-
 rificabit eum. Et uobis nunc dico:

¶ Mandatum nouum do uobis, ut diligatis in-
 uicem

46 PASSIO DOMINI NOSTRI

IOAN. 13 uicem sicut dilexi uos. In hoc cognoscent homines omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. ¶ Facta item est contentio inter eos, quis eorum uideretur maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. Vos autem non sic. Sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor, & qui præceptor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis, qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedetis super thronos iudicantes tribus Israel.

LUC. 22 ¶ Et dixit eis: Quando misisti uos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram: Et qui non habet, uendat tunicam suam & emat gladium. Dico enim uobis, quoniam adhuc quod scriptum est, oportet impleri in me, Et cum iniquus deputatus est. Etenim quæ sunt de me (scripta) finem habent, (iam omnia consummabuntur.) At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At illis: Satis est. Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti.

Matt. 26 ¶ Hymnus iste secundum
Mar. 14 Paulum Burg. est magnum alleluia, quod Iudæi ex iustitutione dicunt adhuc, quamuis modo agnunt

agnum paschalē non manducant, & semper dixerūt post esum agni. Nemp̄ sex Psalmi, uidelicet Laudate pueri dñm. In exitu Israel. Dilexi. Crescidi. Laudate dñm oēs gētes. Confitemini dño.

¶ Hic sequitur dulcissimus, profundissimus & diuinissimus sermo, quē tunc discipulis suis fecit, quem Iohannes 4. capitibus est cōplexus, Nēpe, 14. 15. 16. & 17. Vide Burg. in Psalmum 112. in additione. Nec hic à Matthia Doring. arguitur.

HORA MATVTINALI PASSIO CHRISTI.



Iesus est Iesus cū discipulis suis undecim, trās torrentē cedron, secundum cōsuetudinem suā sanctā, Iohan. 18 in montē oliuarū, & uenit in uillā Gethsamani, ubi erat hortus, in quē introiit ipse & discipuli sui.

Ecce uindicator humani generis, à reatu primī Adę genus humanū uindicaturus, in hortū intrauit. Ut sicut in horto primus Adam se & omnes posteros suos damnauit, sic secūdus Adā in horto opus redēptionis auspicaretur. Et ubi Adā superbiuit in animo, ibi Christus humiliaret se in terrā prostratus in orando. Et ubi Adam delectationē accepit in fructu uerito, ibi Christus ad sanguinis sudationem, pauorē & mērorem cōsistaretur in animo. Tum ut erudiret uos, ut prata & delictis carnis exuberantia loca fugiamus, qualis est hortus

48 PASSIO DOMINI NOSTRI

est hortus, alioqui diaboli cassibus irretimur, & in gaudium inimicis efficitur, præstando animabus nostris concupiscentias eius. Nam extrema gaudij talis, luctus occupat: Quia delicijs carnis affluere, & frui bonis, uanitas & extrema demensitia est. Et dixit discipulis suis: *Tristis est anima mea usq; ad mortem.* Intensiue & extensiue. Quia tam seua & magna erat eius tristitia, quod occidisset eum, nisi diuina uirtute seruatus fuisset in uita, ut omnia consummaret, quæ de eo scripta erant, & ut prophetæ fideles inuenirentur. Extensiue ad mortem tristis erat, quia eius tristitia non nisi cū uita terminabatur. Sciebat autem & Iudas qui trahebatur eum locum istum, quia Iesus frequenter conuenerat illuc cum discipulis suis, ad orandum patrem in abscondito. Crebro namq; in diebus carnis suæ præces supplicationesq; ad deum fudit, ut misericors esset & fidelis pontifex ad deum, qui potuit eum saluum facere, & eos pro quibus in spiritu & ueritate interpellabat, & ut delicta populi repropiciaret: Ipse enim homo sine ulla querela est, cuius oratio assidua multum ualuit coram Deo. Ideo properauit in tempore iracundiæ iram iustam dei auertere, & proprii ministerij armis (oratione & incensio uidelicet) propugnauit quos elegit ante mundi cōstitutionem. Et finem imposuit calamitati, ostēdens quoniam tuus est famulus, & pro sua reuerentia, semper est exauditus. Discipulos semper secum accipit, ut & illi similiter facerent, sicut eum facere cernebant. Sed nec puncto

Eccle. 18

Prou. 14

Eccle. 2

Eccle. 36

Matt. 6

Heb. 5

Heb. 2

Num. 16

Sap. 18

Heb. 5

puncto quidem temporis ab eo uolebant separari, sed quocumque loco hic uerus Dauid fuit, sicut in uita siue in morte, ibi serui eius Apostoli, esse se uolebant, ut fidelis ille Ethai ad regem dixit. Et cum ad hortum uenisset gygas ille fortissimus & propugnator ad saluandum, ait discipulis suis octo: Sedete hic, parum post horti ingressum, deo nec uadam cum alijs tribus, & orem, patrem meum & patrem uestrum, deum meum & deum uestrum. Et ne inimicus uos imparatos inueniat, orate & uigilate in orationibus. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedaei, paulo plus ad interiora horti, dixit illis: Sedete hic & orate, ne intretis in tentationem. Quia nunc aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, querens ut uos deuoret. Et habet iram magnam, eo quod breue habet tempus. Vos autem nolite ei locum dare. Et ipse auulsus est ab eis tribus quantum iactus est lapidis. In his magna pietatis sacramenta sunt recondita. Et beatus non solum qui ea intelligit, sed multo beatior qui facit haec. Quia hic beatus in facto suo est. Ignorans autem ignorabitur & confundetur, cum dominus dabit unicuique secundum opera sua. Trinitatem hanc sanctam, militem Christi bonum habere oportet ut legitime certet, & coronam iustitiae promereri possit & accipere. Nempe agendorum notitia, puerum fidei lumina. Deinde ueram supplantationem atque debellationem uitiorum. Postremo opitulante assuetudinem gratiam dei. Haec trinitas in tribus Apostolis istis designatur. Notitia in Petro, uir

D tus

1. Reg. 1

Psal. 118

Isa. 63

Ioan. 20

1. Pet. 5

Apoc. 12

Apoc. 1

Iacobi. 1

1. Cor. 14

50 PASSIO DOMINI NOSTRI

tus & fortitudo uitia & incētorē malorū omniū
 supplantādi in Iacobo. Gratia multiformis dei,
 in Ioanne. Quia Petrus agnoscēs, Iacobus supplā
 tator, Iohānes grā dei, uel in quo est gratia inter
 fratur. Primū horū filius dei, fons sapiētię, lux ue
 ra, oēm hominem illuminās, opatur p̄ fidem. Al
 terū pater misericordiarū absoluit, sp̄e glorię fi
 liorū dei infundēdo. Tertiū bonitas & amor sp̄is
 ratiōis efficit, gratiā offerēdo, & charitatē in
 corda electorū diffundēdo. His armis, fortis ar
 matus uincitur ab infirmis, lupus superatur ab
 agnis, leo fortissimus bestiarū, a pueris paruulis,
 Goliad ex p̄bans atq; inflatus spū, ab humilibus.
 Oportet bonū militē Christi astutias Satane cog
 noscere, & laqueos eius milleq; nocēdi illius ar
 tes p̄uidere. Nec brauiū uitæ aliq; accipit uel cor
 ronā, nisi abstinuerit a p̄hibitis & fecerit bonita
 tē, nisi uim sibi fecerit, seipsum abnegauerit, se
 ipsum odio p̄fecto oderit, mortificauerit, & cum
 uitijs & cōcupiscētijs crucifixerit Vincat seipsum
 necesse est ante oīa miles Christi, & tūc sine diffi
 cultate, oīm erit uictor & triūphator magnifis
 cus Hoc si nō fecerit, frustra cōtra uitia bellū ger
 rit. Nullus est homini seipso nocētior ac piculiosior
 inimicus. Nō enim ab alio, sed a semetipso spūalia
 & eterna dāna recipit homo. Gratiā uero, quę sciē
 tiā salutis largitur, & pugnātes currētesq; fulsit,
 oportet eile p̄c. atē. Nā tunc ea uires hoīm deficiū
 unt atq; uirtutes. ¶ Anullus est ab eis, dū instat
 bathora & rēpus tētatiōis. Nō eos deserēdo sine
 suo

Ioan. 1

Rom. 8

Rom. 5

1. Re. 15

Matt. 11

Ioan. 12

Gal. 5

1 Cor. 3

Iob. 16

Iohan. 15

IESV CHRISTI.

suo adiutorio, sed ut cognoscerent quod nihil possent sine eo. Item imperfectum suum cognoscerent & Ioan. 5.
 figmentum, ut non essent fideles in seipsis, sed in Psal. 33.
 deo, qui omnia in omnibus operatur. Et cepit pae-
 uere, tedere, & maestus esse. Tristabatur ut uerus
 homo, tristitia quam ultro admisit. Tristabatur,
 maxime de hominum ingratitude. Nempe quod Psal. 103.
 preciosa mors eius in tam multis perdenda erat.
 Tristabatur pro paterna iniuria, non tam preter-
 ita, quam presenti & futura. Quia qui inhono-
 rat filium, etiam inhonorat patrem qui misit illum. Iohan. 5.
 At iam in filio summe erat pater inhonorandus
 & blasphemandus. Quando ut iniustitia erat tra-
 ctanda iustitia, innocentia ut malitia, ut turpitu-
 do sanctitas, ut stultitia sapientia, ut perditio sal-
 us, ut latro pessimus suorum dator largissimus. Et
 tristis fuit usque ad mortem anima illius benedicta.
 Ad mortem usque aeternam uincendam, excluden-
 dam & damnandam. Sic mors Christi, aeternae mor-
 tis mors fuit. Et nostra mors animae & corporis Ose. 13.
 in morte corporis Christi absorpta fuit, & omnem
 mortem pleno iure superauit, in uictoria & triumpho
 suo. Sic sol iustitiae, propter nos eclipsim tristis
 riae passus est & meroris. Sic, probauit se esse uirum
 dolorum & scientem infirmitatem. Sic & diu ante praedi-
 xerat: Timor & tremor uenerunt super me, & conturbauerunt
 me tenebrae. Sic pauor tenuit eum & tremor,
 & inhorruerunt omnes pili capitis eius. Nec hoc mi-
 rum, si agnus dei, qui sciebat omnia quae uentura erant
 super eum, pauet & maestus est, quando uidit leonem ius-
 tum in dante.

12 PASSIO DOMINI NOSTRI

dam cum tot lupis rapacibus uenire ad se capi-
 dum & deuorandum. Tunc ait illis tribus : *Suffi-*
nete hic, ad ostendendum quod orans debet esse
 in oratione priuata solitarius, & clauso super se
 ostio orare patrem in abscondito. Sed secus est
 in oratione publica, quæ fienda & fundenda est
 in concilio iustorum & congregatione: *Uigila-*
te mecum in orationibus. Et progressus pusillum,
 ut ait Matt. quia non longe est ab unoquoque nos-
 trum. Et prope est omnibus inuocantibus eum
 in ueritate. *procidit in terram,* ut Marcus ait, ut
 maledictionem Adæ tolleret, de quo dictum est:
 Puluis es, & in puluerem reuerteris. Nam Chris-
 tus ortus de terra & progenie Adæ, benedicta
 uirgine sua matre, *procidit & cecidit super ter-*
ram, ut eam in sanguine suo mundatam, ad cœ-
 lum eleuaret & collocaret cum principibus pos-
 tuli sui. Lucas: *positis genibus orabat patrem cum*
reuerentia. Matt. procidit in faciem suam humilis
ans se, eo quod oratio humiliantis se, nubes pene-
 trat. Et deus respicit in orationem humilium.
 Et sicut anima eius per omnia paternæ uoluntati
 erat subiecta, sic in eandem imaginem transfor-
 mauit & corpus in prostratione. Sed quid ora-
 bat? *Pater mi, pater misericordiarum & deus om-*
nis consolationis, qui electos tuos consolaris in
 omnibus tribulationibus eorum, *si possibile est.*
 Quid sibi uult apposita hæc dubitativa conditio,
 cum certus sit, quod impossibile non sit apud de-
 um omne uerbum. Et subest ei cum uoluerit, posse.
 Vnde

Vnde transfertur possibile, de potentia hoc loci, in uoluntatem. Ut, si uelit, possit, non possit si nolit. Ideo uigilantiori uerbo usus est Lucas, cū ait: *Pater, si uis, transfer calicem istum a me.* Ut prorsus potentia transeat in uoluntatem, & uelle & posse idem sint in deo. Calicem exhorruit, & calicē (sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū) sitiuit. Ut homo mortalis similis nobis calicem horruit, sed prout ratio superiori obediebat ueritati, prompto animo eum sitiiebat. Imo coartabatur charitate sua perpetua & urgebatur à charitate sua qua nos dilexit, donec baptismo isto baptizatus fuit, & opus nostrę redemptionis consummatus uuit, propterea subdit: *Veruntamen non sicut ego uolo, secundum naturalem humanę naturę affectum, sed sicut tu uis.* Et ego quod bonum est in oculis tuis faciam. Oratio hæc rationis fuit, prout infirmę naturę cōiuncta & aduocata fuit, que mortem extimuit. In quo docemur, quod si alis quando aliquid secundum hominem petimus, & ignoramus quid petamus, neq; secundum deum petimus, & non accipimus, non debemus turbari, sed exemplo Christi, causam nostram patri cęlesti cōmittere, ut illius & nō nostra (quę aliquando noxia cupit & orat) uoluntas fiat. Vnde scriptum est: *Recte diligunt te. Recti autem sunt, qui suam uoluntatem diuinę uoluntati subijciunt & conformant.* Oratione completa, pastor bonus ad oues, & pater pius ad filios mœrore plenos reuersus est, quos iusserat secum orare &

D iij uigilare,

Luc. 1
Sep. 10

Psal. 42

Luc. 10

2. Reg. 10.

Rom. 8

Cor. 1

IESV CHRISTI.

uatum cor, quasi cor dei habentes, in turbis subditorum sibi placentes, pascentes semetipsos, lac comedentes, lana se uestientes, cum austeritate imperantes & cum potentia, quorum uero nullam curam habent. Alligant onera grauiam & importabilia, & ea imponunt super humeros pusilli gregis sui, ipsi autem digito suo minimo non dignantur ea mouere. Alios cogunt media nocte surgere ad laudes dei & orationem: Illi uero calicibus epotandis usque ad uomitum interim occupantur. Aut genio indulgent, dormiunt in lectis eburneis, & lasciuiunt in stratis suis. Opustores, & idola. Ecce Christus in oratione uigilat, Apostolis dormientibus. Excitat eos, exemplo & uerbo eos ad uigilandum & orandum secum inducit. Vos autem, astris matutinis Deum laudantibus, & iubilantibus omnibus filiis Dei, carnem pascitis, uentri seruitis, in carne seminatis. Ideo iudicium durissimum eis qui praesunt & non profunt, fiet. Qui quae sua sunt quaerunt, & non quae sunt Iesu CHRISTI & aliorum, ut salui fiant. Exiguus & humilibus tunc concedetur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Sed per argis immorari non licet amplius, uitandae prolixitatis ob causam.

¶ Et dicit Petro, quod praeter ceteris de se presumpserat, multa commiserat, & ambulauerat in magnis & mirabilibus super se. Sed praestat humiliter de se sentire in loco inferiori recubere, alios omnes superiores, perfectiores, ditiores in gratia, & deo amabiliores

D iij &

Mat. 23

Eccl. 23

Sap. 6

Eccl. 34

Mat. 23

Psal. 118

Amer. 6

Zach. 14

Iob. 38

Seipien. 6

Philip. 2.

2 Cor. 10

Sap. 6

Psal. 139

Luc. 14

56 PASSIO DOMINI NOSTRI

Philip. 2.
Lucæ. 18

& acceptiores se arbitrari. Quia sicut qui se humiliat exaltatur, sic qui se exaltrat & aliquid esse se aut posse, sine dei ope putat, humiliatur & confunditur. Simon dormis? Tres dormiunt, & unus arguitur. Quia Simon caput & uicarius Christi inter alios fuit. In quo innuitur, quod inter præuaricatores, qui Princeps & maior inter ceteros est, culpabilior & seueriore est increpatione reudarguendus. Et qui subiectos reformare & ad uitæ uias reducere cupit, debet à potestate prædis, & ab his qui populo præsunt, auspicare. Sed isti iam laudantur in desyderijs suis, & in iniquitatibus suis benedicuntur. Letificântur in malitijs suis, & in mendacijs suis beatificântur. Ideo a plâra pedis usq; ad uerticē capitis, nō est in corpore Ecclesiæ sanitas. Simon, dormis? Non p̄stas opere & ueritate charitatem & fortitudinē, quam pollicitus es sermone. Quid est quod sopore deprimeris? surge, & inuoca deū tuum. Non potuisti una hora uigilare mecum? Quasi dicat: Vel nūc uide quam miser & miserabilis, paup, cæcus & nudus es sine ope mea. Et quod sine me nihil uales facere. Sic dure increpanerat Petrum & arguit eum cum omni imperio. Iam ad tres sermonem conuertit, dicens: Vigilate animo contra insidias diaboli, q̄ leonis rugietis instar circuit, querēs ut uos deuoret, & orate spiritu & mēte, ut nō intretis in tentationem. Impossibile est non tentati hominem, quia militia & tentatio est uita hominis super terram. Ideo petimus adiutorium altissimi,
in

Psal. 9
Ozeæ 7
Esaiæ. 1

1 Ionæ. 3

Apoc. 3
Iohā. 16
1. Tit. 1. 3
1. Pet. 5
1. Cor. 14
Iob. 7

in tentationibus, non ut non tentemur, sed ne lo-
cum maligno demus, sed fortiter ei in fide resis-
tamus, ne gloriari possit & dicere, præualui ad-
uersus eos. Nam qui tribulant me, exultabunt si
motus fuero, quod ne fiat, ego in misericordia
tua speraui. Scio nihilominus quod Spiritus uest-
er quidem promptus est, uigilare, sustinere & or-
rare mecum. Me item confiteri & quiduis pro
nomine meo pati, sicut paulo ante dixistis, caro
autem uestra infirma. Adeo quod promptitudi-
nem animi deprimis. Itaque quantum de ardore
mentis confidimus, tantum de malefuadæ car-
nis infirmitate, quæ animam aggrauat, & legi
dei repugnat, timeamus. Hinc Apostolus ait: Car-
ro improba, aduersus spiritum concupiscit, & spi-
ritus aduersus carnem. Sed qui CHRISTI
sunt, facta carnis mortificant, & eam in spiritus
seruitutem redigunt.

¶ Iterum secundo abiit & orauit, dicens: Pater
mi, ab æterno, aliorum fratrum meorum ex tẽ-
pore. Pater mi, per naturam, sed aliorum per
gratiam. Pater mi & omnium, sed mei plus quàm
omnium, si non potest hic calix transire, nisi bibam
illum, & patiar mortem crucis turpissimam, fiat
uoluntas tua. Solue manum tuam & succide me,
& hæc mihi erit consolatio, ut affligens me do-
lore, non parcas, nec contradicam sermonibus
tuis: Paratus sum & non sum turbatus, ut custo-
diam mandata tua. Et responso nullo accepto
uenit iterum & inuenit eos dormientes: Et causam

D v subiungit,

98 PASSIO DOMINI NOSTRE

subiungit, dicens: Erant enim oculi eorum gra-
Lucas uati prae tristitia. Et ait illis: Quid dormitis? Ecce
Psal. 140 nunc omnes repræhendit & arguit in miseris
Gal 6 cordia & in spiritu lenitatis: Erudiens nos, quod
Luc. 10 post uinum mordens, oleum leniens infundes
Psal. 88 re debemus. Et nunc in uirga ferrea uisitare
L. Tcf. 8 iniquitates subditorum, & in uerberibus peccata
obstinatorum: Nunc in uirga consolationis &
clementiæ, consolari pusillanimes, & sustentas
re infirmos. Hoc qui nesciunt, regere non possunt.
Nec sanant uulnera peccatorum, sed dilas-
tant & plagas desperabiles faciunt. Nihilominus
ad ea quæ salutis & necessaria sunt, comi-
ter eos adhortans, ait: Surgite, qui dormitis, à
somno torporis & negligentia. Quia iam est hora
de somno surgere, quia propior est calamitas
& hostis quam creditis. Surgite ergo et orate
patrem in spiritu & ueritate, ut sub umbra ala-
rum suarum uos protegat sicut pupillam oculi,
secundum multitudinem misericordiæ nominis
sui, à rugientibus præparatis ad escam, de manibus
quærentium animas uestras, & de multis tribulationibus
quæ imminet, & quasi circumdant uos, ne intretis in
tentationem, eundo de peccato in peccatum, addēdo
præuarcationes, & semper proficiendō in peius. Sicut moris est
illis, qui uenditi sunt sub peccato ut faciunt malum, & uenerunt
in profundum, ac omne salutis consilium, adiutorium,
& documentum contemnunt.
Marcus. ¶ Et ignorabant quid responderent ei,

ri, quia in facto deprehensi erant. ¶ At quæ-
 stio hic est, an Christus uoluntarie passus sit, an
 inuitus? Breuiter respondeo, quod secundum do-
 ctorem Seraphicum in tertio Sententiarum, dist.
 17. in Christo consideranda est quadruplex uolun-
 tatis, uidelicet, Diuinitatis & uoluntas ratio-
 nis, uoluntas pietatis, & uoluntas carnis, uolun-
 tas diuinitatis iusta & iustitiam diligens, dictas
 bat sententiam. Voluntas rationis per obedi-
 entiam usque ad mortem crucis ueritatem ap-
 probabat. Voluntas carnis in malo proprio, pass-
 sionem exhorruit, & pati naturaliter detractas
 uit. Sed uoluntas pietatis per compassionem,
 uicem humani generis doluit, & ut homo cas-
 ptius redimeretur, ligatus solueretur, uulnes-
 ratur sanaretur, mortuus uiuificaretur, exul res-
 duceretur, damnatus saluaretur, ex charitate pas-
 si uoluit, & tradidit semetipsum in mortem pro
 nobis, oblationem & hostiam Deo, in odorem
 suauitatis, & redemit Israel ex omnibus iniqui-
 tatibus eius. Sic ex pietate sua uiscerali saluas-
 uit nos ex inimicis nostris, & de manu omnium
 qui oderunt nos. Et oblatus est, quia uoluit mor-
 ri, ut in seculis superuenientibus ostenderet su-
 perabundantes diuitias gratiæ suæ in bonitas
 te super nos. Vnde ingrediens mundum, dixit
 filius ad patrem: Ecce uenio. In capite libri scri-
 ptum est de me, ut faciam deus pater uoluntate
 tuam. Tunc dixit filius, Ecce uenio ut faciam deus
 uoluntatem tuam: Tolle me & mitte me in mare.

Psal. 10

Philip. 2

Ephe. 5

Psal. 129

Luc. 1

Esaiæ. 53

Ephe. 2

Psal. 39

Heb. 10

Ione. 1

60 PASSIO DOMINI NOSTRI

Sic libentissime impendit nobis Christus diuitias
 gratiæ suæ, & in mortem ex pietate superimpēs
 dit semetipsum pro animabus nostris, ut nos sal
 uaret in regnum suum cœleste. Has diuitias suæ
 bonitatis, hanc supereminētem scientiæ eius char
 ritatem, hos thesauros infinitos suę misericordię
 æternæ, has benignitatis eius copias, stulti despici
 unt, ingrati contemnunt, reprobī calce abijci
 unt, porci cōculcant, & canes benefactorem dis
 rūpūt. Et relictis illis tribus discipulis mœrore &
 somno sepultis, iterum abiit ab eis, & orauit tertio
 eundem sermonem, ut calix iste amarus ab eo, si
 placeret patri suo, auferretur, dicens: Pater mi, si
 uis, transfer calicem istum à me. Veruntamen
 non mea, sed tua uoluntas fiat. ¶ Apparuit autē
 illi angelus bonus de cœlo, in humana effigie, gau
 dens de reparatione ruinæ angelicæ. Nam si an
 geli gaudent uno peccatore pœnitentiam agen
 te, multo magis gauisi sunt de totius mundi sal
 uatione, confortans eum. Confortationem susce
 pit ab angelo, qui est angelorum salus, gaudium
 & fortitudo. Dauid pœdixerat eum paulominus
 ab angelis minorandum, quod hic ex angeli cōs
 solatione & confortatione colligitur manifeste.
 Non quod dominus uirtutum confortatione &
 consolatione indiguerit, qui fortior forti super
 uenit, fortem ligauit & uasa eius distribuit, sed
 angelus administrationis suæ munere fungebatur.
 Et ideo nunc, sicut in omnibus alijs minist
 ris suis, modum sui ministerij ostendit, & ad mo
 dum

2. Cor. 12

Roma. 2.

Eph. 3

Mat. 7

Matt. 26

Luc. 22

Luc. 15

Psal. 8

Heb. a.

Mat. 12

Luc. 11

dum confortantis se habuit . Et dominus angeli
 ministerium, (quamuis eo non indiguerit) nō est
 aspernatus, qui in hoc fratribus uoluit assimilari. *Heb. 2*
 Confortauit eum ex passionis suæ fructus ma-
 gnitudine, non subtracta doloris amaritudine.
 Sicut medicus uolens urere & secare, & succus
 amarus dare, prædicit doloris magnitudinem cū
 affectu sanitatis secuturæ, & sic auget dolorem
 patientis, licet animum spe confortet ad sufferē-
 dum. Verba quibus tristem dominum deliniuit,
 & consolatus est angelus, non referunt euange- *Gene. 34*
 listæ, fortassis ut ea meditantibus & quærentibus
 ac in fasciculum myrrhæ colligentibus, deuotio
 cumularetur & meritum. Vnusquisq; igitur hic
 in sensu suo abundat, & potest eam consolationē *Rom. 14*
 meditari sicut unctio eum edocuerit de ea & alijs
 multis passionis Christi articulis, quos summis la-
 bijs Euangelistæ solummodo tangunt. Forfitan
 sic dixit: Oro te ut breuiter audias me, pro tua
 clementia & pietate ingerita. Ex quo deus pater *Apo. 24*
 te misit ex charitate in mundum, ut saluetur mū-
 dus per te. Et tu uis omnes homines saluos fieri, *Ioan. 3*
 & ad agnitionem tui nominis peruenire. Vult er- *1. Tim. 2.*
 go pater misericordiarum, ut calicem salutaris
 bibas, ut usq; ad mortem crucis obedias. Vt unus
 moriaris pro omnibus: Vt quæ non rapuisti, ex- *2. Cor. 5*
 olas: Quia absq; te, nemo est in cælo, neq; in ter- *Apo. 5*
 ra, neq; subtus terram, qui librum possit aperire, *Psal. 72*
 & septem eius signacula soluere: Qui pauperem *Psal. 25*
 liberare possit à potente diabolo, nisi tu, qui Leo

PASSIO DOMINI NOSTRI

es de tribu Iuda, dominus fortis & potēs in prælio, uirtus & sapiētia. Ergo castra dei, militia cœlestis, omnes uranici ciues, te per bonitatem tuā & diuitias misericordiæ tuę obtestamur, miserere miseris hominibus, quibus præter te nullus est auxiliator alius. Accingere gladio tuæ crucis super femur tuum potentissime, & cum eo spurij illius superbi exprobrantis tuis dilectis quotidie, caput detrunca. Alliga fortem illum in uirtute tua. Aufer arma illius in quibus habet fiduciam, diripe uasa eius, spolia eius distribue. Traduc illum confidenter, obsecramus humiliter, & palam superbum illum triumphā in temetipso. Sic propheta tui fideles inuenientur. Sic ciuitas nostra instauratur, ruinæ implebuntur, infernus destruitur, dolores inferni soluuntur, captiua captiuitas de lacu miserix & umbra mortis educitur, mundus redimitur, & funiculis Adæ, tuæ perpetuæ charitatis omnia ad te trahis. Sic consummatur præuaricatio, finem accipiet peccatū, delebitur iniquitas, adducetur iustitia sempiterna, adduces alias oues errantes in solitudine, & fiet unum ouile & unus pastor, & sic omnis Israel, imo totus mundus saluus fiet per te. Id ipsum omnes electi tui qui dormiunt in somno pacis, & tūm præstolantur aduentum, sine intermissione gemitibus inenarrabilibus precantur & orant die ac nocte: Miserere miseris, qui omnium misereris, & parcis omnibus, eo quod amas animas, & nō uis ut unus ex pusillis pereat. Miserere
te cala

Hebr. 14

Psal. 44

1. R. c. 17

Matt. 12

Luc. 11

Col. 2

Eccle. 36

Iohan. 12

Dan. 9

Ieh. 12

Sap. 11

Matt. 18

de calamitatum quibus præmuntur expectantes te domine. Exaudi domine, placare domine, atq; Psal. 69.
tende & fac propter te ipsum & propter nos Psal. 103
mē tuum. Quia benigna & suavis est domine misericordia tua, & super omnia opera tua.

¶ Et factum est, cum angelus adhuc loqueretur & oraret, intulit miserator & misericors dñs: Exod. 33.
Miserebor quibus misertus sum, & misericordiā Rom. 9
p̄stabo quibus miserebor. Quia nolo mortē peccatorū, sum enim benignus & misericors, patiens & Ioh. 3
multę misericordię, & p̄stabilis sup malitia. Igit̄
de peccato (quo me occidēt) dānabo, & tollā peccata mundi in carne mea; & principem mūdi eijciam foras. Atq; per mortē meam destruam eū, Hcb. 2.
qui mortis habet imperiū, & liberabo oēs sperantes in me, liberaboq; eos de potestate tenebrarū, Col. 1.
& transferam eos in regnum meum, quod iustitię & pax est, & gaudium in spiritu sancto sine fine. Rom. 14
Nihilminus natura sua calicis amaritudinē exhorruit. Quod euangelista innuit, cum dicit: & factus in agonia, prolixius orabat. Confortauit eum angelus, & mox orabat prolixius, in agonia factus Agon, pugna est. Nam Christus ex ratione, pietate & amore pati uoluit, & natura carnisq; appetitus naturalis mortem pœnasque horribiles, quas distincte omnes uidit & expauiuit. Ideo inter gratiam, pietatem, dilectionē ex una parte, & naturā ex altera parte, agon & pugna hæc exorta est. Quam tandem omnium fortior Cant. 8
etiā ipsa morte, supereminēs eius charitas uicit, Ephe. 3
& dixit

64 PASSIO DOMINI NOSTRI

- & duos corporis dolores sustinere elegit ex pietate, & humani generis amore, ne perderet quos
2. Ma. 6 condidit. Sic insuper, prompto animo & fortiter honesta morte perfungi (cum à morte liberari potuisset) elegit, ac fortiter uitã excedẽdo, omnibus (qui crucem suam se abnegando, post ipsum portare & ipsum sequi uellent) forte exemplũ seipsum reliquit. Vt nemo post hoc eos timeret qui corpus occidunt, animam autem nõ possunt occidere: Sed magis ab eo discerent, quod animas suas odiendo in hoc mundo, in uitã æternam custodiunt eas. Et coronam incorruptam, uita & iustitiæ in agonæ contendentibus, legis
Matt. 16 time certantibus, uim sibi facientibus, carnem suam cum uitijs & concupiscentijs crucifigẽtibus,
Iohan. 12 mortificationem Iesu Christi in corpore suo circumferentibus, præparatam accepturi essent de manu domini. ¶ Prolixius orauit, erudiẽs nos, ut in agonis & tribulationis pondere & magnitudine, ad orationis asylum & præsidium confugiamus. Ad dominũ cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Et iterum: De tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine domini. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Circũdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferi circũdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis, sed dum sic me terreat tribulatio, & angustia mihi essent undiq; meiq; uallarent, sicut regem qui paratur
ad

ad bellū. Tunc in tribulatione & angustia & agone
 mea inuocaui dominum, & ad deum patrem *Psal. 26*
 meum clamaui. Et exaudiuit de templo sancto
 suo uocē meam. Ideo si consistant aduersum me
 castra, nō timebit cor meū. Et si exurgat aduersum
 me prælium, in hoc ego sperabo. ¶ Creuit
 nihilominus pugna uitæ & mortis, gratiæ & naturę,
 rationis & sensualitatis, pietatis & iniquitatis,
 & adeo inualuit, qđ eodem euangelista testante,
factus est sudor eius, ut omnino os hæreticorū obstruatur
loquentiū iniqua, nēpe, quod nō fuit uerus homo.
sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.
 Sanguis ille naturalis fuit, & de substantia
 ac ueritate naturę humanę in Christo. Sed effusio
 eius cū sudore, fuit miraculosa à Christo supra
 naturā facta. Ut tali signo insolito à seculis nō au
 dito, insolitam, inestimabilem & incomprehensibilem
 anxietatis suę & agonis & doloris magnitudinē
 demonstraret: Propter quod nō modicas sanguinis
 fudit guttulas, sed guttarū hymbrem, suo
 effluxu non solū uestes, sed etiā terrā maledictā,
 pollutā & cōtaminatā per peccata, tingentiū &
 abluentiū, sicut aperte dicit euangelista (*factus est* *Psal. 24*
sudor eius tanq̄ guttę sanguinis.) Nec inqt stultis,
 sed decurrētis, non solū in uestes, sed in terrā.
 Hęc oia olim uir dei de eo p̄dixit, dicēs: Exaudi
 deus orationē meā, & ne despexeris deprecationē
 meā, intēde mihi, & exaudi me. Contristatus
 sum in exercitatione mea, cōturbatus sum à uocē
 inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniā
 declina

66 PASSIO DOMINI NOSTRI

declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti
 erant mihi. Cor meū conturbatū est in me, & for-
 mido mortis cecidit super me. Timor & tremor
 uenerunt sup me, & contexerūt me tenebræ. &
 pstratus in faciē orauit plixus. Orationē istam
 prolixā Christi, secundū doctores aliquos, Ioan-
 nes Apostolus cap. 17. anticipando tēpus, descri-
 bit, qd & ego uerissimū esse credo. Nā nulla oras-
 tio in tota scriptura sacra est illa, pfundior, excel-
 lentior, affectuosior & dulcior, si rite inspiciatur.
 Vide eā in Euāgelio: Et cū surrexisset ab oratione
 plixā, quā genibus flexis effunderat, & uel lauā-
 do, uel tergēdo faciē plenā gratiarū & speciosam
 p filijs hominū, à sanguine & sudore purgauit, &
 ueniret ad discipulos, gratia cōsolatiōis & exhor-
 tationis, inuenit eos dormientes præ tristitia. Ecce
 prius uoluerūt cū eo in carcerē & in mortē ire, &
 animas suas, p eo ponere, iam nō possunt cum eo
 una hora uigilare. Et ait illis, cōpatiēdo eorum
 infirmitati, & impfectum eorū fecū reputando.
 Atq; quō miseretur pater filiorū, misertus est es
 orū, quoniā ipse cognouit figmentū eorū. & scans
 dalū in qd iam casuri erāt in proximo. *Quid dor-
 mitis? O filij charissimi in tantis piculis, & in tan-
 ta tēpestate, tū Iona tā graui somno deprimimur
 ni. Nihilominus uicē eorū dolens, & infirmitates
 eorū sustinēs; ait Mat. & Marcus: Dormite iam aliq;
 quantulū & requiescite in pace simul. Et requieues-
 rūt fessi robore. Et post pusillū dixit ad oues in-
 nocuas pastor bonus: Sufficit tantum quicuisse:*

Iam

Psal. 102

Ione. 1.

Iob. 3

Iam adest tempus & hora certandi legitime, fortiter diabo lo resistendi in fide. Ergo estote nunc uiri uirtutis, uiriliter agite, confortate corda uestra in domino, & in potentia uirtutis eius: Induite arma lucis & armaturam dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, qui iam sicut leo rugiens appropinquat. Accipite dico armaturam dei, ut possitis resistere in ista die & hora mala, & in omnibus perfecte stare. Hoc modo, rex uirtutum, fortis & potens in prelio, singulos eorum armauit, non clypei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis & exhortationibus. Sufficit. Venit hora, p̄finita a patre meo. Venit hora traditionis meæ, & desperationis uestre. Qua mea uirtus & paciētia, & uestra infirmitas manifestabit: & ecce, horrendū qd̄ auditu, & dictu mirabile uerbū, filius hominis, innocēs manibus & mundo corde, q̄ hactenus p̄transiuit omnibus benefaciēdo, tradetur, p̄ Iudā, nō dormientē, sed scelus traicionis & suæ p̄ditionis cū omni diabolica exequentē, in manus & potestātē peccatorū & filiorū diaboli & mortis. Sic impij p̄ualuerūt aduersus iustum, ideo egressus sum & iudiciū p̄uersum: Surgite a somno, eamus obuiam illis qui querunt animā meam: Quia iam uenit dies & hora in qua ex hoc mūdo icurus sum ad patrē: Ut sciant oēs quia diligo patrē, & sicut mādātū dedit mihi pater: sic facio. Ecce, qui me tradet, dux meus & notus meus, qui simul meū dulces capiebat cibos, & in domo dei nobiscū ambulauit cū cōsensu. Iste sceleratus uolēs reddere mas

Ephē. 6.
Rom. 13.

Psal. 23
2. Ma. 19

Psal. 23
Actu. 19

Abac. 1

Ioan. 14.
Psal. 54.

68 PASSIO DOMINI NOSTRI

Prover. 2 la pro bonis, & odium pro dilectione mea, *prop*
Hic. 8 est, corpore, non mēte. Et adhuc eo loquente, quia
Psal. 44 pedes eorum ad malum currebant, & festinabāt
Ioan. 15 (ut equi impetu euntes in prælium) ut effunderent
 sanguinem, ecce Iudas filius perditionis, unus
 numero, non merito, de duodecim, quos Christus
 elegerat ex hoc mūdo, & constituerat principes
A. A. 1 super omnem terram. Quibus omnia quæ audis
2. Tit. 1. 3 uit à patre suo, nota fecit. Iudices orbis cōstitut,
Eccle. 27 clauēs regni cœlorum dedit uenit, missus a diabolo,
Roma. 15 lo, qui hoc in cor eius miserat. Et cū eo turba mala
 ra, quorum ipse dux fuit. Lucas, antecedebat eos,
 q pares erāt in malitia & impietate ei satellites
 sui, hoīes mēte corrupti, in reprobū sensum dati.
 Sic omne animal diligit sibi simile, & omnis ho
 mo simili sibi sociatur. Et uolatilia ad sibi similia
 conueniunt. cum gladijs & fustibus, missi a principibus,
 in quibus potestas fuit, & eam acceperunt ad
Iob. 12. uindictā malorum, laudem uero bonorum, &
Esaiæ. 2 sacerdotibus, in quibus debuit esse sanctitas. & scri
1. Ro. 6. 2 bis, in quibus debuit esse legis scientia & intelles
Hic. 4. ctus, & senioribus populi, in quibus debuit esse pru
Dani. 13 dētia & cōsiliū in agendis humanis. At hic om
 nis caro uiam suam corrupit. Principes erant inf
 fideles & socij furum. Sacerdotes ignorabant do
 minum, & officium sacerdotū ad populum: Scri
 bę sapientes erant ut facerent mala, bene autem
 facere nesciebant. Seniores inueterati erāt dierū
 malorum, & ab eis egressa est omnis iniquitas, &
 manus eorum in hac transgressione fuit prima.
Iohannes

Johannes ait: Judas autem cum accepisset cohortem militum gentilium, quorum intererat comprehendere malefactores per manum publicam, & a Pontificibus & pharisæis ministros, tales quales erant domini, uenit illuc cum laternis & facibus. In laternis lumē custodiebatur, ne a uento extinguī posset. Faces tenebras noctis effugabant, ut nusquam latere posset. & armis, quibus Christum defendentes aut de manibus eorum eripere uolentes, expugnarent & occiderent.

¶ Incumbit uirtuti seculi, qui desperat de adiutorio dei. Habebat itaque fulcimētum ab utraque curia, Imperatoris uidelicet & summi Pontificis, quasi seruato ordine legitimæ potestatis, nemo tenentibus obsisteret, cū hinc mīlites Præsidis, inde ministri Pharisæorum, qui in lege summi & Iudices erant, illum tenerent. Vel etiam si quis auderet, uicem Christi dolens, non posset. Timebant enim plebē, aura mutabiliorē, ne per hanc defenderetur. Propter quod etiam nocte, a filiis noctis & tenebrarum traditur, ut sine turbis quæ in die crebro cōglomerabantur, inueniretur. Sic Saul inuidus, plenus diabolo & abiectus a deo, milites misit ut Dauid iurum secundum cor dei, comprehenderent in nocte. Sic impius Rex Sirig, ualidam manum, & exercitum fortem misit ut iurum dei Heliseum comprehenderent. Ecce Rex Israel dei contemptor, mittit ministros detestabiles, ut caput Helisei præciderent ipsa die. Sic Iosachim Rex misit q̄ Baruch & Hieremiā comprehendere.

1 Re. 16

4. Re. 6

Ibidem

Hie. 36

¶ iij henderent.

70 PASSIO DOMINI NOSTRI

- henderent. ¶ Antequam autem ad hortum uenirent filij Belial, dederat autem traditor Iudas eis signum, dicens. Huius causa fuit, quia timuit, quod percuteret eos, uel acrisia, sicut contigit Sodomitis ad fores Loth, & Assirijs, cum uolebant capere Helisgum. Vel inuisibilem se redderet, & sic per medium illorum iret illegsus, sicut fecerat, quam uolebant eum precipitare de montis altissimi apice. Et altera uice, quando uolebant eum in templo lapidare. Vel quod uultum suum desiderabilem & amabilem transfigureret, ut non agnosceretur, & sic euaderet manus eorum in nomine domini. *Quemcumque osculatus fuero, ipse est.* Sciuit enim quod osculum pacis (deus pacis amator & instaurator, qui pacem portauit secum nascens, docuit predicans, mandauit nunciare discipulis, seruauit cum inimicis pacem odientibus) nulli negaret. *tenete eum*, sicut lupus agnum, accipiter pullum, canis leporem, Herodis Iohannem inter natos mulierum maximum. Sicut rex Babylonis Sedechiam, quem uinctum catenis duxit in Babylonem, *et ducite eum caute*, ne de manibus uestris arte diabolica, qua plenus est, & in cuius uirtute demonia eiecit hactenus, euadat. Vnde dicebant, demonium habes. Et in principio demoniorum Beelzebub, eiecit demonia.
- ¶ Iesus autem sciens, ut deus, omnia quae ex consilio diffinito & praescientia dei uentura erant super eum, ad generis humani redemptionem. Et quae manus dei patris & consilium eius fieri docuerunt, processit lupis rapacibus, latronibus crudelissimis
- obuia

Marcus.

Gene. 19

4. Re. 16

Luc. 4

Iohan. 8

A. R. 9

Luc. 2

Psal. 119

Mar. 6

Iohan. 18

A. R. 1

A. R. 4

obuiã cum undecim ouibus quas apud se habuit. Et cū Iudas cū theatro illo diaboli appropinquasset ad Iesum. Vidētes hoc discipuli qui circa ipsum agnum dei erant, qui actibus Iudę non consensuerunt, quid futurum erat, quantū ad apparatus turbę uenientis ad capiendum. Tunc enim primo uiderunt quod dominum & magistrū suum capere uoluerunt, ideo parabant se ad resistendū, & animas suas pro eo ponere uoluerunt & mori cū eo. Ideo hūc passum textus, interrogationē Christi, qua eos interrogauit, quę queritis? & prostratiōnem turbę, & osculū Iudę præcessisse, firmissime credo. Nec ullā speciem ueritatis habet, qđ apostoli, & maxime Petrus, tãdiu tacuissent, manus cōtinuissent, Iudęos suas malicias explere sustinuisent, nisi prius à Christo (ut sequitur) prohibiti fuissent. Videntes ergo electi discipuli, quid futurū erat, illis in hortum cum impetu irruētibus, & cum Iuda appropinquantibus ad Christū, disxerunt ei, ex quo pendebat, sine cuius nutu & imperio, nullus eorum manum aut pedē mouebat. Domine cęli & terrę si percutimus in gladio: ut te defendamus de manibus quærentium animam tuam, & à rugientibus preparatis ad escam? Qui te uiuum deglutire uolunt sicut infernus, & integrum, quasi descendentem in lacum. Quamuis autem sic à domino quærerent, tamen ante responsū Iudeum percussit ille, qui præ cęteris zelum habuit, & plus alijs Iesum amauit. Et hoc est quod sequitur. *Simon ergo Petrus habens gladium,*

E nū quo

Lucas

Gen. 48

Eccle. 51

Proff. 1

Iohan. 18

72 PASSIO DOMINI NOSTRI

quo se munierat ad omnem a Iesu iniuriam propulsandam, edaxit eum, cū magna fiducia, pro nihilo habens ferocitatem & multitudinem exercitus, & percussit pontificis seruum, quia ille ut se gratificaret domino suo, ante alios se ingerebat, & domino festinabat appropinquare. Lucas ait: Seruum principis sacerdotum. Iohannes, & abscondit auriculam eius dextram. Rebatur supra modū æstuans igne diuini amoris, uertex Apostolorum uim ui propulsandam. zelum habuit, sed non secundum scientiā, zelus laudatur quo zelabat pro domino deo exercituum. Secū reputauit zelum Phinees, qui stringens gladium in sacrilegos, mercedem iustitiæ & sacerdotij perennis accepit. Sic & Marathias cum sancta sobole sua, maximis effertur laudibus, quod murum se opposuerit pro populo dei contra insensatorum & impiorum alienophylorum æmulationem. Audacia magna fuit uicarij Christi, qua unus contra cohortem & phalangas tam feroces se opposuit. Sed morte fortior dilectio, urgebat eum quod sic animam suam posuit in manibus suis. Sciebat quod domino non est difficile saluare uel in multis uel in paucis. Recogitauit quod Sangar percussit uomere sexcentos uiros de Philistiim. Et Samson, manibus la asini interfecit mille uiros. Secum reputauit quomodo deus promiserat Apellis quod si in lege eius ambularent, & quæ ei placita sunt facerent, tunc unus eorum deberet mille hostes percutere, & duo ex eis decem milia fugare. Sapiens

tia

1. Ma. 2
Ecc. 45
1. Re. 19.
Num. 25
Rom. 10

Cant. 8
1. Cor. 9
1. Re. 14
Jud. 5
Jud. 15
Deut. 32

tia autem quam non uincit malicia, in bono ma-
 lum uicit, amputatam serui atriculam in locum **Rom. 12**
 suum restituit. At tenebræ benignitatē lucis æ-
 ternæ non compræhenderunt. Nam proficiunt
 in peius. *Erat autem seruo nomen Malchus*, qui rex
 eorum interpretatur; Quia loco summi sacerdo-
 tis, uel potius diaboli, cuius uasculū & filius erat,
 antesignanum se in captione hac impiissimā ex-
 hibuit, & alios duxit ad malitiam & nequitiam cons-
 summandam: At uindictor noster, noluit sangui-
 ne persecutorum defendi (ait sacer Ambrosius li. **Apo. 3. 1.**
Gallat. 2.
Eph. 4.
1. Cor. 5.
 tertio offic. capite quarto) qui suo sanguine totū
 mūdum uoluit redimere & lauare a peccatis suis:
 At quid significat auris (per Apostolum circuncis-
 sionis defecta, & per Christum restituta) nisi ut
 auditus renouetur, sic ut uetustas antiquetur, ues-
 tus fermentum expurgetur, uetus homo cū acti-
 tibus suis expolietur, & omnia noua fiant: Nem-
 pe noua cōspergio, noua creatura, nonum homi-
 nem induri, qui secundum deum creatur, in iustis-
 tia & sanctitate ueritatis. Merito seruus peccati
 accipit plagam auriculæ, qui uerba non audiuit
 nec seruauit æternæ sapientiæ: Petrus seruus spi-
 ritu, caput serui nequam petiuit, sed uitæ domi-
 nus & mortis debellator, noluit uitæ præconem
 & summum uicarium, mortis infamia maculari.
 Ideo domino melius prouidēte, solam auriculam
 amputauit. Nunc porro Christum audiamus: *Pe-
 tre ait, conuerte gladium tuum in locum suum. Ex
 quibus uerbis clarum est, seruatorē supra de glas*

74 PASSIO DOMINI NOSTRI

dio materiali & martiali non esse locutum, sed
 de gladio spiritus, quod est uerbum dei. Isto, non
 illo milites Christi occidere & uiuificare, percu-
 tere & sanare debent, euellere & destruere, dis-
 perdere & dissipare, ædificare & plantare. Con-
 uerte ait gladium tuum, non meum, in locum su-
 um. Quia modo non est locus & hora defensu-
 onis, sed passionis. Non resistentiæ, sed patientiæ.
 neq; oportet episcopum uiolentum esse, aut percussor-
 rem. Tuus ait, quia tuæ functioni & muneri quo
 insigniendus es a me, postq̄ uictor ab inferis res-
 diero, & pastor ouium meorum instituendus, aliquan-
 do necessarius, ut uirtute ualeas irrumpere iniqui-
 tates. Ideo non dico abijce gladium, sed reconde
 ad tempus opportunum. Omnis enim qui gladium
 acceperit, propria sponte, nocendi uel uindicandi
 libidine. secus est, cum alicui datur gladius a les-
 gitima potestate, recta intentione, ad laudem &
 protectionem bonorum, uindictam uero malor-
 rum. Sic potestate prædiri, non sine causa gladi-
 um porrant, quia in eo operantes iniquitatem,
 persecutores bonorum, turbatores pacis, fidei im-
 pugnatōres & aduersarios populi dei, deicere des-
 bent, ut tuta sit inter reprobos innocentia. gladio
 peribit, & plectendus est materiali. Gene. 19. Les-
 uiti. 24. Si quis gladio illo abutitur, dando ueniã
 coruis, & censura uexando columbas. Aut iustos
 & innocentes persequendo & opprimendo, tunc
 gladio iustitiæ perit: Et gladius eius intrat in cor-
 pus eius, & arcus eius cõfringitur: Vel perit gladio
 spirituali,

Ephe. 6
 Deut. 32.
 Hier. 2

Eccle. 7

Rom 13

Mal. 15

Psal. 36

spirituali, non solum excommunicationis, sed etiam
 uerbi dei, quod ipsum iudicat & damnat. Væ *Eph. 6*
 ergo illis qui gladium non seruato iuris ordine &
 iustitiæ rectitudine suscipiunt. Fugite quapropter *Iob. 19*
 a facie gladii materialis & spiritualis. quia uters
 que ultor iniquitatum est. Viderint qui hunc gla
 dium portant, quomodo eo legitime utantur. Quia
 quicquid indicat, in caput eorum redundat, si bo
 num sit siue malum: *2. Par. 19*
 Sinite usque huc. Albertus *Lucas.*
 magnus, Zelum non uituperans, sed factum cor
 rigens, hoc est, Voluntas dei est, sic diffinitum est,
 sic a Vatis prænunciatum est, ut hæc ita fiant: Er
 go finite usque huc. Nolite eos prohibere, nec *Psal. 68*
 uos moueat quid futurum sit de me, sed permit
 tite uos ut omne odij & malitiæ suæ uirus super
 me effundant, ut patris mei uoluntas in me im
 pleatur, quatenus sic quæ non rapui, exoluam.
 Nolite igitur in gladio percutere. Alio modo sic
 exponitur: Sinite usque huc, hoc est, finite eum
 ad me uenire, nolite eum prohibere, ut sanem eum
 qui mea morte totius mundi infirmitates, contri
 tiones & uulnera sanare uolo. Sinite ut benefaci
 am inimicis, odienti dilectionis opus impendam,
 persecutores uincam in bono: Et tu dilecte & es
 lecte Petre, quid æmularis pro me? *Nam. 12*
 Calicem, hoc est, calidam ex charitate potionem passionis, quem ex
 dispensatione dedit mihi soli ad bibendum pater meus
 cælestis, nõ uis ut bibam illum? *Mat. 16*
 Quasi dicat. Si sciperes
 ea quæ dei sunt, deberes tuam uoluntatem diuinæ
 uoluntati.

76 PASSIO DOMINI NOSTRI

2. Re. 19. uoluntati conformare. Cur efficiamini mihi hoc
 Gen. 19 die in Satan? ¶ Nec uestro præsidio opus ha-
 Num. 16. beo cum mea uirtute eos perdere possem in mo-
 Sap. 12. mento, sicut Sodomam & Gomorram: Vel facere
 Luc. 1. ut dehiscens terra uiuos eos, ut Dathan cum suis
 complicibus, mox absorberet, & uiuos detruderet
 in infernum. Vel alio modo quo mihi placeret
 redigere in nihilum. Subest mihi cum uolucro,
 posse: Potens sum opere & sermone, & non est
 impossibile apud me omne uerbum.

¶ Insuper si propugnatoribus indigerem, sum
 Dominus uirtutum Angelicarum, & mox pater
 meus mitteret, tot, imo plures legiones Angelorū,
 4. Re. 18 quot ego Apostolos elegi de mundo. At quæ
 Esai. 37 Angeli unius uirtus sit, adumbratur in exercitu
 inflati Sennacherib, in uolumine Regum & in Da-
 niele, capite decimo. Vnde textus ait: An putas?
 Ioan. 15 Quasi dicat: Mirum est quod hoc putas, cum tot
 signis quæ nemo alius fecit, potentiam meam ex-
 Iohan. 11 pertus sis, quia nō possum rogare patrem meum, qui
 semp me audit & exhibebit mihi modo, in hac ne-
 cessitate, plus quam duodecim legiones Angelorum.
 Pro nihilo igitur est mihi defensio duodecim Ap-
 postolorum, qui possem habere, si uellem, duode-
 cim legiones Angelorum. Quomodo ergo imple-
 buntur scripturæ prophetarum & legis figuræ?
 Quia deus prænuñciauit per ora omnium Prophetarum,
 A. A. 3. pati Christum suum, & sic adimplebit.
 Luc. 24 Quia sic oportet fieri. Necessitate non cōsequētis,
 sed consequētis, quia prædestinatio diuina, libera
 arbitrium

IESV CHRISTI.

77

arbitriū non tollit. Sic oportuit Christū pati, & sic intrare in gloriā suā. ¶ Nunc sequitur traditio. Ut igitur Iohannes ait, Iesus nō fugit, nō abscondit, non negauit se, quāuis sciret oīa quæ uentura erāt super eū. Sed processit impijs quærentibus animā eius, cū undecim discipulis obuiam. Et tūc discipuli eū interrogauerūt, Petrus gladiū uibravit, anteq̃ Christus respōderet. Christus uulneratū sanauit, & alia ad discipulos dixit. Interim Iudas & theatrū illud diaboli stant, nec pedē nec manum mouerunt, nec Christum cognouerunt. Voluit enim eos adhuc sanando uulneratū, & prohibendo discipulorum zelū emollire, & trahere à malicia quā statuerunt in cordibus suis. Sed diuicias bonitatis eius & patientiæ contēpserūt filij diaboli. Et secundū corda sua dura & impietentia, thesaurizauerūt sibi irā dei. Maluerūt perire quā pœnitere & à diaboli laqueis resipiscere. Ideo dānatio eorū iusta est: Tunc cum eos desperatos cerneret, & nolle reuerti, dixit agnus dei uis, lupis rapacibus, desperatis & in reprobū sensum datis: *Quem quæritis?* Non est ignorātis quæstio (quia sciebat omnia) sed ultro se offerētis in mortē, iuxta illud, *Qui dilexit me, & tradidit se ipsum pro me.* Est & quæstio à malo retrahētis & corrigentis. q. d. Videte quē quæritis ut occidatis. Vtq̃ eū qui quære re uenit & saluare, quod perierat. Recogitate obsecro, quod filij scelerati quæritis occidere amabilissimū patrē, fratres *ma* *innocentē* fratrē, milites regē gloriæ, se rui in

Rom. 9
2. Tim. 2
Roma. 3.

Ioan. 16.
Galla. 2

Luce. 13.

gratis

Met cum eis, suapte malitia ex oue lupus, & ex apostolo factus diabolus, qui tradebat eum cum ipsi filijs diaboli, tenebrarum & perditionis. Vt ergo eis dixit mansuete, humiliter & uere, ego sum, uoluntarie se offerendo ad mortem, abierunt retrorsum, à conspectu eius, uultum suum desiderabile *Eph. 4*
 & uerbum eius in gratia sale conditum, ferre non ualentes. Sicut uenenata animalia florentis uineæ odorē ferre non possunt, & male agentes odiunt lucem. Accedere propius debuissent audita ueritate ad *Psal. 33*
 eum, tunc fuissent illuminati, & ceciderunt retrorsum *1. Re. 4*
 in terram, sicut Heli sacerdos. Iusti in facie cadunt, *Prov. 4*
 sed impij retrorsum, ideo nesciunt ubi corruant. Aurelius: Vox una turbam odij ferocem, armis terribilem, sine ullo telo percussit, repulit, stravit uirtute latentis diuinitatis. Quid iudicaturus faciet, qui indicandus hoc fecit? Cum uix paruam stillam sermonis eius audierimus, conturbatus *Iob. 28*
 uenter noster, & à uoce eius miti, contremuerunt labia nostra. Abac. 9. tonitruum magnitudinis eius quis poterit sustinere? Quando loquetur impijs in furore suo, Ite maledicti in ignem æternum. Et tamen uirtutem dominus uirtutum & ipsa uirtus patris sui, huic uoci suæ dedit, quod non solum eos prostrauit, sed etiam omni uirtute & fortitudine eos priuauit. *Matt. 13*
 Iacuerunt ut mortui, terreni in terra, ut mortui in corpore, qui in delictis & peccatis suis uere mortui erant in mente. *Psal. 67*
 Omnium membrorum & usu & mouerant priuati, quia omnia membra *Eph. 2*
 sua detorquebant ad offensam & iniuriam Dei.

Neq

80 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Pfal. 76.* Neq; tamen adhuc in ira sua cōtinere potuit misericordias suas. Sed rursus benigne ingratis & malis fecit in bona uoluntate sua, si quo modo corda eorum liquefacere posset, quæ erant supra petram & adamantem duriora. Reddidit eis uires ablatas uirtute sua diuina, stare eos fecit super pedes eorum. Iterum ergo interrogauit eos, qui scit omnia, ut sermone suo uino & efficaci ac penetrabili omni gladio ancipiti eos reuocaret à malo. *Quem queritis? Illi autem in arcum primum conuersi, rebelles lumini, propter peccata sua à deo derelicti usquequaq; & abiecti, dixerunt uoce terribili & minaci, lutum contra figulum, infirmi contra uirtutem dei, Iesum Nazarenum.*
- Esaiæ. 53.* Respondit Iesus, qui expectat ut misereatur, iterum sponte pro peccato & peccatoribus tradens animam suam in mortem, oblationem & hostiam deo, in odore suauitatis. Dixi uobis, quia ego sum, salus & lux mundi, desideratus cunctis gentibus, secundum ordinem Melchisedech sacerdos magnus, à patre meo factus (omnibus præordinatis ad uitam æternam) sapientia, & iustitia & sanctificatio & redemptio. Ego sum agnus dei, qui tollo peccata mundi. Ego sum uia per exemplū, ueritas per documentum, uita per premiū. Ego sum iustus & iustificans omnem in me credentē.
- Prou. 11.* Diues in omnes qui inuocant nomen meum, & recedūt à malo. Ego (ut uno uerbo complectar omnia) sum propiciatio pro totius mundi peccatis. Ego sum redemptor uester, & non est in alio aliquo
- Lucæ. 6.*
- Heb. 4.*
- 1. Cor. 1.*
- Ioan. 1.*
- Ioan. 14.*
- Rom. 3.*
- Rom. 10.*
- 1. Tim. 2.*
- 1. Ioan. 2.*
- Actu. 4.*
- Danie. 13.*
- Iob. 15.*

redemptionem, fratrem tuum per incarnationem, magistrum tuum per eruditionem, amicum tuum per finalem retributionem. Osculo tradis: ex signo pacis facis signum belli, ex signo amoris signum prodicionis, ex signo fœderis, signum latrocinij: Iudas autem prodicione facta, ad turbam redijt, adhortans, ut eum comprehenderent ne si euaderet promissam iusti sanguinis iniustam mercedem non consequeretur. Tunc accesserunt, maligno cordi, pleno dolo. Iohannes, cohors militum, qui uenales manus habent, & tribunus, qui præfuit cohorti, & ministri Iudeorum, comprehenderunt Iesum, sicut furem & latronem, & durissime me multis funibus & catenis ligauerunt eum, qui omnium uincula uenerat soluere peccatorum. Matthæus, & tenuerunt eum fortiter, qui continet oia, & cœlos palmo pœderat, & appêdit tribus digitis molem terrę. Tunc fortes leones irruerunt in eum, sicut lupi rapaces & esurientes in agnum inermem. Vnde ait: Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua. Tunc uim faciebant qui querebant animam eius: Tunc dixerunt inimici eius, deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Tunc circumdederunt eum sicut examen apum, & exarserunt sicut ignis in spinis. Impellebant eum ut caderet, sed Dominus suscepit eum, ne ei præualere possent inimici eius. Et iterum: Circumdederunt me in captione mea, uituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum

F iij sicut

Matth. 26
Ecclesi. 10

Esa. 40

Hic. 12
Psal. 70
Psal. 37
Psal. 117.

Psal. 22

gūt ut nocentē, ducūt ut pestilentissimū turbatorē, percutiūt ut uita indignū, cū esset sanctissimū *Iob. 19*
 etorū. Tunc discipuli eius, undecim humanū quid *Psal. 37.*
 passi, pastore percusso, capto & ligato, relicto eo *Psal. 37*
 lo, ex timore oēs fugerūt. Sicut scriptū est: Dereliquerūt me, p̄ximi mei, & q̄ nouerūt me quasi *Luc. 22*
 lieni recesserūt à me. Tūc deus elōgauit à filio *Iohan. 13*
 micos & p̄ximos, & notos à miseria, & dixit pastor bonus: Qui iuxta me erāt, de longe steterūt, & uim faciebāt q̄ querebāt animā meā. Ecce bone Iesu, ipsi q̄s amicos dixisti, eo q̄d tecū p̄manserūt in r̄rationibus tuis, ubi modo sunt? Vbi nūc est o Petre cōstantia tua q̄ dixisti, Et si oēs scādalizati fuerint in te, ego nunq̄ scādalizabor? Vbi est Ioānes familiaris tua & singularis p̄rogatiua dilectiōnis, q̄ etiā sacratissimū pectus reclinatoriū tuo *Mat. 20.*
 capiti concesserat? Vbi tua germaniq̄ tui p̄sumptio, q̄ calicem dñi uos bibere posse affirmastis? *Mar. 10*
 Ecce p̄parat dño calix, sed uos fugē p̄sidiū arripieris. Vbi Iacobi minoris, Simonis, & Tadei carnalis cōsanguinitas, que etiā ethnicos (deū ignorātes) sibi sanguine iunctos, p̄pingrate assistere facit mutuo in necessitatis articulo? Vbi est Thoma tua uirilis animositas, q̄ dño redeūti ad Iudcā, tuos cōpellās cōdiscipulos, dixisti: Eamus & nos moriamur cū illo? Vbi Bartholomeę (ut fama est) est *Iohan. 11.*
 generositatis tuę audacia, que etiā cogit, p̄ uana *Iohan. 6.*
 gloria mūdi, nobiles in bellis, p̄pe desperatis non fugere, sed usq̄ ad mortē dimicare? Sed uos oēs nō multos hos ante dies & mēses, cū multi retro

88. PASSIO DOMINI NOSTRI

post Satanā abirent, & ille uos percunctando dixisset: Nunquid & uos uultis redire ad uomitum? dixistis per os Petri: Ad quem ibimus te fonte uo deserto? Verba uitæ æternæ habes. At modo ne dū uerba sed & opa uitæ habet. Opera in miraculosa prostratione hostium, uerba uitæ, quia uitam uobis conseruauit, & securos ab omni corporali molestia fecit. Paulo ante dixistis omnes socij mensę cœlestis: Et si nos tibi commori oportuerit, in te non scandalizabimur. Et ecce nemo uobis uerbum durū loquitur, nemo in crine uos ledit, nemo uos cędit, nemo compræhendit, soli pastori intendunt, & relicto eo solo in manibus inimicorum, fugitis omnes. Est hoc animam pro eo ponere? Est hoc cum eo in carcerē & in mortem ire? Pollicitis diues, quilibet esse potest. Sed torcular solus calcare debuit dominus. Solus sacerdos magnus hanc hostiam qua mundus totus redimeretur, offerre debuit, & intra sancta intrare per propriū sanguinem æterna redemptione inuenta. Sic percussi pastore, oues gregis sunt dispersę. In illa hora noctis & tenebrarū, qua tenebræ & tenebrarum filij ac noctis, in lumen uerum insurrexerunt, & lucernam eius extinguere (ne mundum illuminaret) moliebantur, dixit Iesus turbis, furentibus & in eum seuientibus, ad eos uidelicet misericorditer corripiendo, & in spiritu lenitatis instruendo, qui uenerant ad se perdendū, principes sacerdotum, & magistratus templi & seniores. Venerāt quidā corū cū turba, in malicia insignio

Esai. 63

Heb. 8. 9

Zach. 13.

Matt. 26

Galla. 6.

aliquo falus, nisi in me. Si ergo me queritis ut uos saluos faciam in regnum meum cœleste, suscipiam uos gaudens, & omnium iniquitarum uestrarum non recordabor amplius. Si autem queritis me interficere, & mala pro bonis reddere, ac indignos uos iudicatis & facitis uita æterna, ecce in manibus uestris sum, quæ cogitastis, explete. Nihilominus, finite hos abire, donec cûrsus ministerij sui expleuerint, bonum certamen certauerint, fidem seruauerint, multos ab errore uix fugad ad me conuerterint, & secum in gloriam meam perduxerint. Ut impleretur sermo quem dixit, quia quos dedisti mihi, de thesauro beatissimæ prædestinationis & electionis, ante mundi constitutione, non perdidisti ex eis quemquam. Quia oues meæ prædestinatæ, non pereunt æterna perditione. Nec eas potest aliquis rapere de manibus meis. Et si aliquando a uia ueritatis exorbitant, in obligatones declinant & a mādatis dei, ac impie agunt, tamen exurgunt a mortuis, dignos pœnitentiæ fructus faciunt, a peccatis suis animas suas in sanguine meo lauāt, & sic saluant animas suas a morte, & fugiunt a uentura ira. Sic David resipuit a diaboli laqueis. Sic Manasses, oim scelestissimus uexatione dāte intellectu auditui, uincula peccatorum suorum dirupit. Sic senatus Apostolorum post fugam in passione, lachrymis lectum suum rigauit, redijt, misericordiam & gratiam consecutus est a deo, propter misericordiam suam. Hic aut, sup hoc eos saluat in corpore. Sic mari deus

Luc. 15.
Eze. 18
Actu. 15

2. Tim. 4.
Iac. 5
Ioan. 17

Ioan. 10

Eph. 5
Apoc. 7
2. Re. 11.

2. Par. ul.

Psal. 6

F terminum

& tu miserere animæ tuæ , & noli animam tuam *Eccle. 30*
 per proditiōis malitiam occidere. Hoc si feceris *Sap. 16*
 ignosco omnia , peccatorum tuorum non recorde *Iacobi. 3*
 dabor amplius , neque ea tibi improperabo. At
 obstinatus, induratus, & desperatus, quanto dul
 cius admonebatur , tanto amarior reddebatur,
 obstinatio & peior. Nec ex uerbo amicabile est
 emollitus , nec ex prostratione territus . Nihil
 ominis adhuc eum lucrari nititur alio uerbo ter
 roris pleno , dicens: *Ad quid uenisti?* hoc est, Heu,
 quomodo obscuratum est aurum , mutatus est
 color optimus. Quomodo de statu Apostoli & uo
 catione cœlesti, ad proditiōis & perditionis for
 ueam cecidisti? *Ad quid uenisti?* Ecce factus es
 de angelo diabolus, de homine bestia, de oue lue *Tre. 3*
 pus, de uase electionis, uas perditionis & contu
 meliæ & iræ? *Ad quid & quantam damnationem*
uenisti. Instar Luciferi de cœlo in profundissimū
 infernum corruisti. Cum autem Iudas instar as
 pidis aures suas obduraret, & cor suū instar Phas *Esa. 50.*
 raonis, nec audiret uocem Christi. Tunc dimisit *U 26*
 eum secundum desyderia mala cordis sui, ut iret *Psal. 80*
 retro cum Satana in adinuentiōibus suis. Et tūc
 accedēs quasi nullius mali sibi conscius, sub signo
 amicitie & pacis, proditiōem adimpleuit. Et osculatus
 est eū dicens: *Aue rabbi.* O impiissime homo, sed pos
 tius diabolus, semē Cānaā, nō Iuda. Nec iam uas
 electionis & misericordiæ , sed filius perditionis
 & mortis, iræ & cōtumeliæ, ita diabolicę inflāmas
 ris auaritiæ facibus , ut ad triginta argenteorum
 F ij inardesceres

cerunt gloriari, ac se Christo cruci confixerunt.
 De hac ductione ex horto breuissime scribunt
 euangelistę. *Adolescens autem quidam alijs feruens* **Marcus**
 tior, quem alij Iacobum, alij arbitrantur fuisse Io
 hannem, *sequebatur eum, urgente eum & trahens*
 te post Christum uera dilectione, quę fortis est **Cant. 8**
 ut mors, & dura sicut infernus, amictus syndone
super nudo corpore. Ad cursum se expeditum (si
necesse foret) fecerat, ne per pondus uestimentos
rū impediretur, & ministri diaboli tenuerūt eum.
 Verū cū adhuc nō uenisset hora eius, ut transfiret
 ex hoc mūdo. *Ideo relicta ueste, siue syndone, nudus* **Cant. 5**
profugit ab eis, uidelicet hostibus. Tulerunt pal-
 lium eius custodes murorum. Iohannes. *Et ads*
duxerunt eum, regem regum, & solem iustitię,
 splendorem paternę, glorię ad Annam, inuetes
 ratnm dierum malorum, plenum omni dolo & **Act. 13**
 fallacia, malicia & nequitia, filium diaboli, inimis
 cum omnis iustitię, primum. Et hoc propter cer
 ras causas, quarum una fuit, quia domus huius sce
 lesti uicina fuit, & prima in uia occurrit. Et ad
 illum sanctum sanctorum adduxerunt, ne in uia
 longiori (quod formidabant) tumultus in popu
 lo instabili fieret. Alia causa fuit, quod Cayphę
 coniunctus fuit affnitate. Et quamuis pontifex
 esset Cayphas anni illius, tamen Annam per hoc
 honorare uoluit, quod ei primo presentaretur,
 quem tanquam patrem (non propter uirtutes &
 iustitiam quibus caruit, sed propter malicias quibus **Gen. 49**
 abundauit) uenerabatur. Sic uasa iniquitas
 ris

94 PASSIO DOMINI NOSTRI

Gene. 49 tis bellantia, honore inuicem se præueniebant:
Rom. 12. ¶ Tertia causa fuit, quia Annas Caypha senis
Iob. 12. or fuit. Iudiciū autem primo ad seniores (in quibus esse sapientia & prudentia debuit) referebatur. Hic autem à senioribus Iudicibus egressa est omnis iniquitas. Hic lex lacerata est, iudicium nõ peruenit ad finem (qui est defensio innocentia) sed impij hic præualent aduersus iustū, & egressum est Iudicium peruersum. Verum si scire uoueris, qualis & quis anni illius summus sacerdos fuerit, audi tacens: *Erat enim Annas sacer*, id est, pater uxoris Cayphæ, qui illo anno summo fungebatur sacerdotio. Non ex legis sanctione & ordine, sed aliunde, ut fur & latro, per dona & munera (quæ oculos sapientum excæcant, & iustorum uerba peruertunt) ascenderat & irruerat in ouile. Erant namque principes infideles & socij furum. Manifestius insuper ex uerbis & operibus, qualis fuerit Cayphas, retextitur: *Erat autem Cayphas malignus ille qui consilium pessimum & diabolicū dederat, ex corde suo malo Iudæis perfidis, qui sine causa & gratis Christum persequerantur, & odio iniquo oderunt, quia expedit, toti humano generi.* At tibi & tuis complicibus consilium hoc pessimum fuit, ut adagio dicitur: *Malum consilium, consultori pessimum, unum hominem, Christum, qui singulariter unus est, & secundum non habet, nec similem in dñs, nec in legislatoribus, mori pro populo.* Hoc uerbum cogitauit & cructauit in malū, sed deus uertit illud in bonum.

num . Mortuus est enim unus pro omnibus, & omnes filios Dei qui dispersi erant, congregavit in unum, & salvavit in regnum suum cœlestē. ¶ *Sequebatur autem pastorem bonum, & uis a longe, Simon Petrus. Sequebatur, quia dilexit eum plus quam semetipsum. A longe, hoc timoris fuit & imperfectionis. Quia sicut uere eū liberum & nihil mali patientem dilexit & sequebatur, sic etiam captum & innumeris malis circumdatum, deserere noluit. & alius discipulus Iohannes Euāgelista quem diligebat Iesus. Hi duo fortius, dulcius, & tenerius cæteris Christum dilexerunt, ideo dñs eos post se traxit in funiculis charitatis & uinculis dilectionis. Discipulus autē ille Iohannes, tam gratiosus iuxta nomen suum, comis & dulcis fuit in uerbis suis & operibus, quod etiam a reprobis, qui nullum signū uirtutis potuerūt ostendere, propter eximias uirtutes suas, unice amabatur, etiā ab ijs, quibus magister suus grauis erat ad uidendum. Et hoc est quod hic dicitur, erat notus Pontifici. Per omnia namq; omnibus placuit, & omnibus se amabilem fecit, non quærens quod ei utile erat, sed quod alijs, ut salui fierent, & introiuit cum Iesu capto & ligato, in atrium Pontificis, non tamen intrauit in penetralia domus, in quam ducebatur uniuersorum Dominus examinandus. Petrus autem stabat ad ostium foris, quia non erat notus. Exiit ergo discipulus alijs de atrio ad ostium, qui erat notus Pontifici, & etiam familiæ Pontificis.*

Aliquando

Ioan. 21

Osca. 11

Sap. 5

1. Cor. 10

Insigniores ab alijs ad hoc designati. Vel uenisse dicuntur, quia suos miserunt. *Tamquam ad latronem, cum sim sanctus sanctorum, iustus & iustificās, existis cum gladijs & fustibus. Sic corripuit eos in misericordia. Eruditio ad iustitiam sequitur cum dicit, cum quotidie sine omni defensione exteriori & humano præsidio uobiscum, qui estis res belles lumini, fuerim in templo, q̄ est locus sub potestate uestra constitutus. Et non extendistis manus sacrilegas, ad effundendum sanguinem paratas in me, qui uiam dei docui uos in ueritate. quas si diceret: Stultum est cum gladijs & fustibus eū quærere, qui ultro se uestris tradit manibus. Sed tunc non extendistis in me manus, quia tūc nolui & nondum uenerat hora mea. Modo autem id facitis, quia nunc uenit hora qua ego pati uolo, & ex hoc mundo exire & ad patrem meum redire. Vnde ait: Sed hæc præsens est hora uestra, hoc est, uestræ pessimæ uoluntati diffinita, & potestas tenebrarum, hoc est principis tenebrarum harū. Nam princeps aeris huius & tenebrarū (quæ uos estis) rector, in uobis filijs diffidentia operatur, opera tenebrarum, & desideria sua maligna. Non quia ipse sic uult, sed quia ego sic uolo, & sic placitum est coram patre meo. Hoc autem totum factū est, nempe, traditio, compræhensio & derelictio, ut in expletione operis, adimplerentur scripturæ prophetarum & umbracula legis. ¶ Audiuius quo modo discipuli fugerunt, sicut oues cum repente super eas irruunt lupi rapaces. Vel columbarum*

F v agmen,

Psa. 140

Proa. 6

Matt. 23

Mar. 12.

Iohan. 15

Eph. 6

Eph. 3

Mat. 22

● PASSIO DOMINI NOSTRI

agmē,quādo accipiter aduolat dispergitur. Vna ad arborem, alia ad sepē, alia se abscondit in herbis & alia in fructibus. Vel sicut exercitus capto duce, ordine fracto, uexillo deiecto diffunditur, & unusquisq; qua uia potest fuge præsidium arripit & se saluat si potest. Sic lumina mundi, sal terræ, iudices seculi, pastores gregis dominici, cultores uinæ domini Sabaoth, ciues sanctorū & domestici dei, filij altissimi, amici, fratres, & mēbra Christi, uiua templa spiritus sancti, capto pastore sunt dispersi. Cogitet qui potest, quantus dolor corda singulorum repleuerit, quātus gemitus, quātus luctus illis fuerit, dū mox ad cor redierunt, & quā infideliter, formidolose & turpiter circa dñm uniuersorū, regem regū & deū deorū, imo circa creatorē, redēptorē, saluatorē & patrē suū egerunt, secū recogitauerunt. Vtinam natus non fuisset, cogitauit unusquisq; apud seipsum. Vtinā mortuus fuisset ante hunc infelicissimum diē. Heu mihi: quo me uerrā, quid agā nescio? Et sic unusquisq; irremediabilibus lachrymis & incessabilibus casum suum defleuit, accusante, arguente, traducente & damnante unumquemq; conscientia sua, quæ est mille testes. Angustis illis erant undiq; dñm de manibus persecutorū eū eripere, erat eis impossibile, qā persecutores multiplicati erāt super capillos capitis eius. Sine eo esse & uiuere, erat eis intolerabile. Ideo tede bat eos uitæ suæ, atq; cōfusio faciei eorū cooperuit eos. Corda eorū conturbata erāt in eis, & formido

Matt. 5

Eph. 2

1. Cor. 3

Rom. 2

Sap. 17

Danic. 13

Psal. 39

mīdo mortis cecidit super eos. Timor & tremor
 uenerūt sup eos, & cōtexerunt eos tenebrę. Ex-
 pectabāt eū q̄ eos saluos faceret à pusillanimitas *Psal 54.*
 te spūs & tā horribili tribulationis tempestate.
 Quid plura? Cōfusi erāt, & erubescabant leuare
 facies suas ad deū. Quia peccauerūt in cœlū & cō- *1. Efd 9*
 rā deo. Nihilominus pater misericordiarū & deus *Luc. 15.*
 totius cōsolatiōis, q̄ iuxta est his, q̄ tribulato sunt *2. Cor. 1.*
 corde, & humiles spū saluat, ac neminē tērari per-
 mittit supra id quod potest, sed facit cū tentatio-
 ne dilectis suis & electis illū prouentū quod pos- *Psal. 39*
 sunt sustinere, atq̄ eos consolatur in omni tribu- *1. Cor. 10*
 latione eorū. Ipse cōsolationē æternā & spē bonā
 dedit eis in gratia exhortās corda singulorū, & cō-
 firmavit in misericordia sua abyssali, & merito
 passionis Christi. Nā recordari cœperūt uerborū *2. Cor. 11*
 Chri quę illis dixerat in cœna, de instāte eorū im-
 pfectiōe & fuga, & sic per patiētā & cōsolationē
 uerborū Christi, spē conceperūt, in misericordia
 super sperauerūt, atq̄ dixerunt in oratione sua,
 Saluos nos fac in misericordia tua, & ppter mi- *Psal. 109*
 sericordiā tuā. Nihilominus laborabāt in gemitibus
 suis, lauabant sine intermissione per singulas
 noctes lectulos suos, & lachrymis suis strata sua
 rigabant. Fuerūt eis lachrymę eorum panes die *Psal. 6*
 ac nocte, dū dicebatur eis ab occurrētibus, ubi est
 deus tuus & magister uester? Imo, q̄tiēs in uita sua *Psal 41*
 huius casus recordabant & fugę, deduxerūt quasi *Tren. 1*
 torrentē lachrymas, per diē & noctē nō dederūt
 req̄em sibi, neq̄ tacuerūt pupillę oculorū ipsorū.
 Sed

94 PASSIO DOMINI NOSTRI

Sed tantisper de Apostolis taceamus, quia de Apostolorum magistro & domino iam sermo tendendus est. ¶ Capto igitur Christo in peccatis nostris, & tradito propter peccata nostra, manibus durissime post tergum ligatis, & magni ponderis catena in collo eius posita, cum dolore & afflictione maxima, de horto educebatur. Et sic ut in horto uoluptatis per unius hominis inobedientiam, peccatores constituti sunt multi, sic per unius hominis Christi obedientiam & poenā quā in horto sine causa pertulit, iusti constituti sunt multi. Educens autem eum de horto (ut Dauid dicit) de torrente Cedron in uia bibit, qui labitur inter hortum & ciuitatem. Vnde Christus hortum intrare uolens, trans torrentem Cedron iuit, ut dicit euangelista Iohannes. At torrens iste, ut uerno tempore (ex niuium resolutione, & pluuiarum multitudine) fieri adsolet, erat repletus aq̄s. Sed filij diaboli transierunt per pontem sicco uestigio, & filium dei deiecerunt ligatum de ponte in torrentem. Verum tunc intrauerunt aq̄e torrentis usque ad animam eius. Infixus fuit in limo profundum. Venit in altitudinem maris, & tempestas demersit eum. Extractum deinde impulerunt atque urgebant, quatenus sicut gigas uiam suam uelociter curreret, trahentes eum & percutientes. In uia ista crebro in faciem corruit & duro casu terrae allidebatur, sicut qui hanc pertulit, suis delictis reuelauit, qui mortificationem eius in corporibus suis circumferebant, & in sola cruce Christi didicerunt

Tren. 4.

Roma. 5.
1. Cor. 12.

Psal. 109

Ioan. 18

Psal. 68

2. Cor. 4.
Gala. 6

fuge obsecro & moneo, ne quid triste & lamens
tabile contingat tibi. Et hoc uoluit diuina dispēs **Psal. 130**
fatio, ut minus timeret Petrus, & magis confun-
deretur, & humiliter disceret sentire de seipso, **1. Cor. 2**
ac nulli post hoc se præferret, magis autem de **2. Cor. 10**
alijs quam de seipso meliora præsumeret & uis **Ioan. 15**
ciniora saluti. Et si gloriari uellet, non in se, sed **2. Cor. 3.**
in domino disceret gloriari. Sine cuius ope, nihil **Psal. 29**
boni facere potest humana infirmitas, non solū
uelle & perficere, sed nec bonum cogitare. Dicit
ille sibi derelictus, & quando dominus faciem su-
am parum auertit ab eo. Nam tūc mox factus est
conturbatus, & nihil mansit in eo consilij aut uiris
um. *Non sum, eius discipulus.* Et hæc negatio pris-
ma facta est cum simplici uerbo, in domo Annæ,
ut disertis uerbis dicit Iohannes, & aliæ duæ fa-
ctæ sunt in domo Cayphæ. Quamuis autem alijs
tres Euangelistæ dicāt omnes negationes factas
in domo Cayphæ, hoc faciunt per huius negatis
onis rememorationē, quia de domo Annæ illi nub **1. Cor. 10**
lam prorsus faciunt in uno uerbo mentionē. Hæc **Psal. 9**
propter nos scripta sunt, & ad doctrinā nostrā, **Gala. 6**
ut ex Petri casu moniti, nō apponat ultra magna
ficare se ullus homo super terram, & putare se al-
iquid esse aut posse sine Dei ope. Ecce fortissis
mus & feruentissimus Apostolorum, fugit nemis
ne persequente, cadit nemine impellente, negat
uitam nemine mortem intentante. *Stabant autē*
serui & ministri. Impiorum & ipsi impij, quia ses **Eccle. 10**
cundum Iudicem populi, sic & ministri eius. Et
G principes

eorum, & sumas scandalum anime tue. Nam qui tangit picem, inquinabitur ab ea, & qui communit superbo aut alio quouis uitio corrupto, induit superbiam, & ambulat in uis eorum malis. Inter bonos malum esse, est Judæ proditoris scelus. Inter malos bonitatem custodire, innocentiam seruare, a iustitia non declinare, non humanæ infirmitatis est opus, sed magnū & singulare gratiæ dei munus. Loth inter Sodomitas uixit innocue, & fuit sicut liliū inter spinas. Job frater erat draconum, & socius strutionum. Tobias inter aliochylos uiam ueritatis non deseruit. Noc, cum omnis caro corruisset uiam suam, & multitudine litia fuisset super terram, cum domo sua in consilio impiorum non abiit, in uia peccatorum non stetit, sed sicut luminare in medio nationis prauæ & peruersæ luxit ad gloriam dei. Sed & Apostoli postquam uirtute fuerunt induti ex alto, sicut oues in medio luporum, sobrie, iuste & pie uixerunt in hoc seculo, omnibus placentes in bono, ad ædificationem. Alioqui tam est possibile inter malos, uniuersos & impios innocentiam custodire, quam possibile est super arduas prunas ambulare, & non comburere plantas. In fornace ualenter accensa morari, & adustionis uestigium nullum sentire. Quæ inter lupos demorari & non lædi, inter leprosos & pestilenticos habitare, & lepra non maculari, nec peste corrumpi. Petrus cum Christo & Apostolis fuit angelus, mundo corde & innocens manibus, comixtus cum sceleratis factus est

G ij fine

Ecclesi. 12

Gen. 19

Can. 2

Job. 30

Tobias. 4

Gene. 6

Psal. 1

Philip. 1.

Matt. 10

Tit. 2

Pror. 15

Dan. 3

100 PASSIO DOMINI NOSTRI

sine mora, diabolus, uas iræ & perditionis filius.
 Prox. 28 Beatus proinde homo, qui semper est pavidus, &
 Ecclesi. instanter se tenet in timore dei. Quia si mōs iste
 cadēs sic de fluxit, & lapis uiuus tā statim motus
 Iob. est de loco suo. Si lapides isti magni (Apostolos
 accipite) tam subito excauati sunt ab aqua, & ab
 Gen. 6.8. luuione terra tā sancta consumpta est, qd̄ præsū
 mere de nobis possumus, qui uanitas ipsa sumus,
 infirmi, & ad malū ab incunabilis inclinati & pro
 ni? ¶ Petrus autem erat stans corpore, sed men
 te prostratus, miserabiliter iacebat super terrā,
 Nam. 6 & calefaciens se, foris in corpore, non secum repu
 Lucæ. 12. tās extinctionem ignis diuini amoris, qui iugiter
 ardere debuit in altari sui cordis. Utinam in dos
 mum Mammonistę & Simoniaci istius, (ubi luxus
 & luxuria exuberabat, charitas tū Dei tum pro
 ximi proscripta erat, Mammoni seruebatur &
 uentri, Iustitia à lōge stetit, Ius fasque confunde
 batur, & qui recessit à malo, prede paruit, calum
 niabatur inique, condemnabatur iniuste) nunquā
 uenisset uerrex Apostolorū. Tanta picula salutis
 sunt in curijs principū, ubi qui habitāt, ambulant
 Ephes. secundum mundi huius seculum, secundum prins
 cipem potestatis aeris huius, qui in filijs diffiden
 tię operatur. Viuitur ibi in desyderijs carnis, &
 uoluntas carnis & cogitationum sedulo operas
 rur. Fugiat quapropter magnatum curias, qui
 saluare uult animam suam, & immaculatū se cus
 todire ab hoc seculo. Nam si uoluerit amicus es
 sere illorum qui ibi sunt esse, inimicus dei constituitur,
 & sic

& sic quæ in corde eius erat, charitas dei, extinguitur. Et exiit foras in atrium, & statim gallus cantauit. Verum, hunc primum galli cætum, propter tumultus & clamores, uerisimile est Petrum non audiuisse. Pontifex ergo dolose ut caperet eum in sermone de quo accusaret eum, interrogauit Iesum de discipulis, ut cum eo occideretur. Ne discipuli post mortem eius doctrinam eius & mirabilia quæ fecerat diuulgaret, & fieret nouissimus error peior priore. Sicut & factum est, dum illi non solum testificabantur magnalia opera Christi, sed etiam damnabant impia & diabolica facta eorum quibus obtinuerunt mendaciter mortem filij dei. Sed frustra nituntur extinguere scintillam & memoriam Christi. & de doctrina sua, quia calumniabantur eum seductorem & populi fascinatorem, ne obediret ueritati. Verum, cum illo tēpore discipulos suos laudibus cumulare nō posset, quia reliquerant eum, & scandalizati in eo fuerant, noluit tamen eos diffamare, ideo tacuit eorum uitia. Vnde ad secundam quæstionem respondet, doctrinam patris sui asserens & defendens. Frustra igitur malignus rete hoc iccit ante oculos pennati. Sermones eius iusti erant, & non erat in eis prauū quid atque peruersum. Eloquia eius, eloquia casta erant, argentum igne examinatum, & septuplici examinatione in igne purgata. Vnde censorem eorum non formidauit.

Respondit Iesus, exporrecta & hilari facie. Ego ueritas ipsa, qui mentiri non possum, palam

G in locutus

Luc. 11

Ibidem
2. Pet. 3

2. Cor. 14
Galla. 3.

Pro. 2
Pro. 8
Rsal 11.

102 PASSIO DOMINI NOSTRI

- locutus sum mundo. Nam qui bene agit, ueniet ad lucem, ut manifestentur opera eius, quoniam in deo facta sunt. Doctrina sua quasi antelucanum illuxit omnibus, & enarrauit illam usque ad longinquum. Quia in omnem terram exiuit, & permanet in seculum seculi. Sic tacuit de discipulis & respondet de doctrina, quia non ex discipulis doctrina, sed à doctrina discipuli, boni uel reprobī censentur. Ego uerus & ueritas ipsa, semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudaei conueniunt, tribus uicibus in anno, & in occulto locutus sum nihil, quod occultum debeat manere & absconditum. Vnde Apostolis dixit: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, parabolas uidelicet exponendo. Et quod in aure auditis, prædicate super tecta, publice prædicando. Auditores, iudices meæ doctrinæ constituo. Si sapientes sunt, prodeant in lucem, damnent quæ falsa sciunt. Si sapientes non sunt, digitum ori imponant, à propria ignorantia confusi. Si sapientes sunt & amici, dicant quæ sciunt, nō amicitiae gratia, sed ut testimonium reddant omnia uincenti ueritate. Quid ergo me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sum eis. O benigna mansuetudo saluatoris, ante Iudicem stabat, & aduersus doctrinam suam ueram, testes æmulos, falsiloquos & mendaces, allegabat. Sciebat enim se infallibilem dixisse ueritatē, cui ne quicquid contradicere & resistere poterāt inimici ueritatis. Inconfusibilis namque est iuxtrix ueris

tas, & quanto plus impugnatur, tanto magis ras
 dios suos diffundit, & triumphat gloriosius, cum *Act. 26*
 æmulos habet & contradictores.

¶ Hæc ueritatis & sobrietatis uerba, omni ac-
 ceptione dignissima, super mel & fauum dulcis
 ora, cum dixisset, magister summus & doctor uer-
 ritatis, unus alijs in malitia excellentior, ut se gra-
 tificaret Pontifici, & mercedem magnam acqui-
 reret ob impietatis suæ facinus, assistens, impio
 Pontifici percunctanti Christum insidiose, minis-
 trorum, sceleris illius infandi quod facere cepe-
 rant, dedit alapam durissimam & dolorosissimam
 & ignominiosissimam Iesu, omnium saluatori. *Tren. 8*
 Sic dedit percutienti se maxillam, & saturatus *Nich. 8*
 fuit opprobrijs. Tunc percusserunt maxillam Ius-
 dicis Israel, dicens, & glorians in malitia, & in re-
 pessima exultans: Sic irreuerenter, temere & su-
 perbe respondes Pontifici? Sic summus sacerdos *Act. 23*
 præcepit os Pauli percuti contra legem. Sic fit
 quando Alchimus qui nihil dignum habet sumo
 mo sacerdotio sup cathedra Moyfi, sedet animū
 uero crudelis tyrāni & feræ beluæ irā gerit in in-
 nocentes, uitā uero lenone turpiorem & scurris: *2. M. 4*
 Et nult ut sacerdotium (cuius potestate non uti-
 tur nisi ad malum) in ipso ab alijs honoretur, &
 beneficis, imo gratiosus uocetur. Respondit ei *Luce. 22*
 Iesus humiliter, patienter & docte. Beneficium
 eruditionis impendens pro malefacto percussio-
 nis, & uincens in bono malum. Si male locutus *Rom. 12*
 sum, ipsum bonū quod locutus sum, sicut tu mihi

G iij impus

104 PASSIO DOMINI NOSTRI

imputas præter ueritatem testimoniū, perhibe de malo. Si autem non male, sed bene, uere, sapienter & humiliter locutus sum, sicut & feci, quid me cordis distam crudeliter, contra iustitiam, contra legē, cōtra charitatem. Ecce quomodo humilis & patiens Job, cum seruo malo non contemnit subire Iudicium, cum sit Rex regū, Dominus uniuersorum, & Iudex uiuorum & mortuorum. Imo totum iudicio & examinationi inimicorum cōmittit, propter testimonium conscientiaē suæ rectæ, quia nullius mali sibi conscius fuit. Non enim reprehendit eum cor eius, in omni uita sua. Ideo sciebat quod si ipse & doctrina eius iudicata fuerit, quod ipse iustus & doctrina eius iusta, sancta, bonaque inueniretur. ¶ Non tamen alteram porrigit maxillam Dominus, sed quod melius est & saluti uicinius, dat percutienti bonum, salutis scilicet documentum, quod ei fuit necessarium. Sic seruauit charitatem & patientiam in corde, & peccātem corripuit, dulci correctionis uerbo. Quia melior est manifesta correctio in misericordia, & increpatio iusti, quam amor absconditus. Et meliora sunt uulnera diligentis, quā fraudulenta oscula odientis. Sic namque carbones ignis super caput odientis congeruntur & lucratur anima eius, cum iniquitas suffertur patienter, molli responsione ira eius extinguitur, & doctrina salutis ei impeditur ex charitate, quæ prætiosior est cunctis opibus, & cui omnia quæ desiderantur non possunt cōparari. Nihilominus præbere alteram

maxillam

Iob. 30

2. Cor. 1

2. Cor. 4

Iob. 27

Iob. 13

Mat. 5

Psa. 140

Prou. 27

Prou. 25

Rom. 12

Prouer. 3

Sapient. 7

maxillam paratus fuit, quia totum corpus tradidit pro nobis in mortem.

Iohan. 18

¶ Et misit eum Annas, inueteratus dierum malorum ligatum, ut latronem, qui vincula peccatorum dirumpit & soluit compeditos, ad Caypham Pontificem anni illius. Qui licet Anna iunior esset in annis, par tamen ei in malitia fuit. Sicut uiperæ parua & recens genitæ, breuiores parçibus sunt in corpore, sed pares in ueneno. Sic leones & parui lupi, ut parentes morsibus & laniationibus animalium gaudent. Mattheus. Mar. Et conuenerunt omnes sacerdotes, & scribæ & seniores, media nocte, ad perdendam salutem & occidendam uitam. Conuenerunt in unum aduersus puerum sanctum tuum Iesum, quem unxisti oleo lætitiæ præcõsortibus suis. Ibi sacerdotum sanctitas uersa fuit in turpitudinẽ, scribarum scientia in errorẽ, senum maturitas in furorẽ. Nam conuenerunt, ut ueritatẽ dei, mutarent in mendacium, & caluniarentur innocentiam iusti. Congregatus quapropter est cõuentus malignantium. Sequebatur autẽ Petrus, trahente eum post Christum charitate, a longe, ex naturali timore. Verum in hoc maxime est nobis admirandus electus ille discipulus, quod Dominum non reliquit etiam cum timeret mortem sibi intentari. Quod enim timet nature est, quod sequitur dilectionis, quod negat, imperfectionis & infirmitatis, quod pœnitet, fidei & gratiæ. Et accenso igne in atrio, propter frigus corporis, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum,

Psal. 2

Actu. 4

Rom. 2

G V sicut

106 PASSIO DOMINI NOSTRI

sicut agnus in medio luporum, & liliū inter spinas. Sedebat enim cum ministris, ut uideret finē (ut Marcus ait) & calefaciebat se. Matthæus. Ex-
 ennte aut illo iannā, rursus alia ancilla, qua prima fuit in domo Annæ, hæc in domo Cayphæ, cepit discere circumstantibus: Et hic erat cum Iesu Nazareno, in omni loco quocumque iuit. Et certe quasi una de stultis mulieribus loquebatur. Cum quo enim alio esse debuerat, nisi cum Iesu Nazareno? Nam qui non est cum Iesu, contra eum est. Si Iesus est, ergo nō est in alio aliq̄ salus, & nemo saluatur nisi unus spiritus sit cum illo. Si Nazareus, non floret uirtutibus, non fructificat in omnibus bonis operibus, nisi manserit in illa radice bona, & in illa uite uera. Et ille iterum negauit. Et quia maior erat causa timoris, maior additur confirmatio negationis. Vnde sequitur, cum iuramento. Contra legem dei, qua dicitur: Non assues nomen dei tui in uanum. quia non noui hominem. Et post pusillum, Lucas, Interuallo facto quasi unius horæ, in eodem atrio Cayphæ. Matthæus. accesserunt qui astabant, ministri diaboli, & dixerūt Petro uno ore: Vere, & tu ex illis es. Non enim querebant tantum pastorem, sed etiam mactare totum gregem eius (ut disperderent eum de terra, & eradarent eum, quatenus nomen eius non memoraretur amplius) occidere. Nam & los quela tua manifestum te facit. Lucas. Nam & Galileus es. Iohannes. Dixit unus ex seruis Pontificis, qui discretius eum nouerat, quia fuit cognatus eius

Iob. 4

Matt. 12.

Luce. 11

2. Cor. 6

Rom. 11

Iohan. 15

Exod. 20

Matt. 26

Hier. 11

eius cuius absceidit Petrus auriculam. Nonne & ego te uidi in horto cum illo? Tunc Petrus timore & tremore circumdatus, & in medio querentium animam eius constitutus, omni auxilio & consilio filio destitutus fuit. Non potuit unius tot resistere. Neque ualuit obiecta negare, euidencia factorem constrictus. Sed & effugium petijt ab eo. Ideo terruit eum tribulatio, & angustia uallauit eum, sicut regem qui preparatur ad bellum. Vel quando ab inimicis est circumdatus in gyro, & impugnatur ex omni parte. A fronte & a tergo, a dextris & a sinistris. Ideo nesciens quid ageret uel diceret. Cepit tunc detestari, hoc est, malum sibi imprecari, dicens. Hæc faciat mihi deus, & hæc addat, si noui Christum. & iurare, non recolens, quod multi casus sunt in iuratione. Et quod uir multum iurans repletur iniquitate, & non recedit de domo eius plaga. Marcus. & anathematizare, per iuramenta execrationis, quia nescio hominem illum quem dicitis. Sic abyssus abyssum inuocat. Sic mali homines semper proficiunt in peius. Et malum siue peccatum cum consummatum fuerit, si mox per pœnitentiam ueram & stabilem, in salutem expiatum non fuerit, mox in aliud & grauius trahit. Petrus primo Dominum negauit simplici uerbo. Secundo cum iuramento. Tertio, cum execratione, iuramento & anathematizatione. Sic Dauid primo Bersabeæ uidit & concupiuit, & sic cum ea mœchatus fuit in corde.

De quo

108 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Pfal. 31** De quo dum statim nō doluit & pœnituit, sequēbatur peccatum & adulterium in opere. Et dum nec sic iniquitatem suam cognouit, & iniustitiam suā cōtra seipsum Domino nō cōfitebatur, sequēbatur iniustissima occisio iusti, Vriæ proditoria, & multorum aliorum occasione illius. Nam sicut
- Pro. 4.** semita iustorum, est quasi lux splēdens, procedit
- Pfal. 83** & crescit usque ad perfectum diem, eunt de uirtute in uirtutem, proficiunt sapientia & etate, & gratia apud deum & homines, adeo, quod perfectus eorum manifestus est omnibus; Sic uice uersa, impij semper proficiunt in peius, magis ac magis appropinquant inferno & ad portas mortis. Vnde de bonis & malis pulchro paradigma te scriptum est: Dauid proficiens erat & semper seipso robustior, domus autē Saul, decreuit q̄tidie. Et statim iterum gallus cantauit, post tertiam Petri negationem, ut uerba Christi uerificarentur.
- 1. Cor. 10** Hic ergo monemur ex Petri casu, ut qui stat, uideat ne cadat. Item, ne simus confidentes in nobis, sed in deo, qui suscitatur mortuos. Quia male dicitur homo q̄ confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Recte quapropter Iob dixit: Non est auxiliium mihi in me, & necessarij mei quoq̄ recesserūt à me. ¶ At Petrus hic mutauit linguā suam. Nā uerba ista p̄ diapason à prioribus distant. Verum q̄ inuertit linguam suam, incidit in malū. Et deus os bilingue detestatur. Sed casum istum Petri permittit dispētorie dominans, ut ex seipso disceret infirmis compati-

si aliorum onera portare, non sibi placere, sed imbecillitates infirmorum sustinere. Et si quis pres- **Gallat. 6.**
 occupatus fuerit in aliquo delicto (ut in multis offendimus omnes, & iustus septies in die cadit **Iacob. 3.**
 & resurgit) tunc huiusmodi instruere debet in spiritu lenitatis, & considerare semetipsum: Quia aut fuit, aut est, aut potest esse quod hic est. Sic ignorans peccavit uas electionis, in incredulitate sua, ut ignorantis sciret condescendere aliorum, & condolere his qui ignorant & errant. **Proh. 25.**
 Unde non habemus pontificem, qui non possit commiserari infirmitatibus nostris. Tentatum uero per omnia, pro similitudine absque peccato. Unde in eo in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari. Ideo scriptum est: **1. Tim. 1.**
 Intellige ea quae sunt proximi tui, ex teipso. Ex infirmitate peccavit Petrus, ut infirmis discat commiserari. Ex malicia & industria peccavit Iudas, ideo **Hob. 5.**
 suspensus crepuit medius. Hoc est peccatum ad mortem & in spiritum sanctum, quod non remittitur in hoc seculo, neque in futuro. Et pro illo non est orandum. Sic peccavit Cayn, Achitofel, pharisei & scribae &c. Quod autem ad gallicantum, Petrus ad cor rediit, & quid fecit, aut ubi prostratus iacuit apud se recogitare cepit, doluit, fleuit & dignos poenitentiae fructus fecit, hoc signat quod ad uocem praedicatoris peccator compungitur, & quid facere debeat ut uitam aeternam possideat, consilium quaerit. **Heb. 2.**
 Maxime fit hoc, si praedicator bonas habet galli con- **Eccle. 31.**
 ditica **Act. 1.**
Matt. 12.
Luce. 11.
1. Ioan. 50.
Gen. 4.
Luc. 10.
Act. 2.

110 PASSIO DOMINI NOSTRI -

ditiones, quarum aliquot perstringam. Callus ante cantum seipsum alis percudit. Sic prædicator facere debet pœnitentiam & docere. Nihil alios docere, quod per eum Christus non effecerit prius. Nam efficacissima uox prædicatoris est adimpletio operis. Ut uita & doctrina idem doceat. ¶ Deinde gallus intelligentiã habet distinctionis temporis & horarum, quam teste Job dedit ei deus scientiarum. Cantat enim quater in nocte Sero, media nocte, gallicantu, mane. Sero cum nox incipit, est prædicatio qua exhortatur iuuenes. Deinde eos qui facti sunt uiri per certam, quãuis nondum euacuauerunt ea quæ sunt paruulorum. Deinde senes signatos per noctis interuentum. Postea de crepitos, signatos per antelucanũ. His omnibus de thesauro suo profert noua & uetera. ¶ Tertia, gallus bene graditur, lumbis succinctis. Hoc facit dum in uia excellentiore & arcta quæ ducit ad cœlum ambulat dilectionis, quæ non agit perperam, sed totam legem implet. Quia legis plenitudo est dilectio. Ad hoc etiã requiritur succincti lumbi, per zonam castitatis. ¶ Quarta, gallus inuentum cibum comunicat, quia talentum suum debet ponere ad usuram. Docere omnes homines in omni sapientia, ea quæ sunt Iesu. ¶ Quinta est quod coronam portat in capite, quam promeruit certando legitime, currendo sine peccatorum onere, seruando fidem. Et omnem lapidem mouet, ut teneat quod habet, ne alius accipiat eius coronam. Vt illis qui peccant, quia tunc cadit corona de capite eorum.

Sexta,

¶ Sexta, super custodiam suam & pullorum suorum stat diligentissime, & si periculum adest, mox denunciat, ut fugiant & ab ira agni se abscondant. ¶ Septima, pugnat & animam suam ponit pro pullis suis. &c.

1. Iohan.

Luc. 5

¶ Et conuersus Dominus, sine cuius cooperatione & gratia prædicator uerba multiplicat sine causa & fructu, in aëra loquitur, in nocte piscatur, uentos pascit, oleum & operam perdit. Conuersus igitur Dominus ad misericordiam, ostendit Petro faciē suam, & misertus est eius. Conuersus uultum suum ad eum, & custodiuit eū ne adderet peccatum super peccatū, & longius abiret ab eo in regionē lōginquā. Et nisi Dñs aspexisset eum & misertus eius fuisset secundū iudicium diligentium nomē suū, mox impellēte diabolo (in cuius rete iam misit pedes tuos, & cuius funibus cōstrictus erat & laqueis, ad eius uolūtatem) uenisset in pfundū. Nisi q̄a Dñs adiuuisset eū, paulominus habitasset in inferno anima eius, & nō potuisset dirupisse uincula sua sine eius ope. Sic gratia & misericordia est in sanctos dei, & respectus in electos suos. Non respexit Dñs hoc loco Petrū oculo corporali, q̄a Petrus foris erat in atrio, & Dñs in domo corā Anna Pōtifice, sed oculo spiritali misericordix suæ, q̄ pauēris animū cōsolabat & erexit, atq; in fletū pœnitentis liquefecit. Eū respexit, & liberauit eū a pditione, de laqueo uenantiū, a rugietibus pparatis ad escā, & de multis tribulationibus quę circūdederunt eum.

Namer. 6

Luc. 15

Psal. 113.

Iob. 18

Prov. 18.

Psal. 93

Sap. 4.

Eccle. 51.

Et

112 PASSIO DOMINI NOSTRI

Et recordatus est Petrus, domino cor eius tangente, ad cor eius loquente, eum in funiculis charitatis trahente, & dicente: Reuertere, reuertere dilecte mi, & ego suscipiam te. Quia nolo mortem peccatorum. uerbi domini quod dixerat ei in cœnâ in eadem nocte, de ista negatione, quia priusquã gallus bis cantet, ter me negabis. Ut postea & ipse illis qui uel corde, uel ore, uel opere Christũ negaturi erant, compatidisceret, & usq; septuagis essepties ignoscere sciret. Et egressus foras, extra synagogam malignantium, malorum consortiũ, ut liberis lachrymis habenas laxaret. Vnde scriptum est: Recedite de tabernaculis hominũ impiorum. Et Esa. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Exite de medio eius: Fugiat unusquisq; de terra Babylonis, ut saluet animam suam. sicut amare, & ex illa hora lachrymæ eius factæ sunt ei panis die ac nocte. Tamẽ egressio Petri foras, ostensionem peccatorũ per confessionem significat, fletus satisfactionem. Quia qui abscondit scelera sua, non dirigetur in uitam æternam. Qui autem ea confessus fuerit, & reliquerit ea, ad nomitum reuersus non fuerit, misericordiam cõsequetur. O fœlices lachrymæ, quæ ad diluendam culpam negationis, uirtutem sacri habuere baptismatis. ¶ Principes autem sacerdotum et omne concilium & theatrum illud diaboli, consentiẽs neci Christi. Isti fuerunt ecclesia malignantium, cœtus iniqui, synagoga peccatiũ, in qua exardescit ignis zeli & inuidiæ,

&

& gens incredula, in qua exardescit ira, *querebāt* Iob. 16
 diligentissime *falsum testimonium*, contra Iesum, Iob. 8
 qui ueritas est, & uerum eis defecit. Sic suscitabatur 3. R. c. 20.
 bantur falsiloqui aduersus faciem eius, contra
 dicentes ei, *ut eum morti traderent*, & hoc modo
 patris eorum diaboli desideria & opera adimple-
 rent. Sicut eodem modo olim occiderunt iustū
 Naboth. & non inuenerunt, nec unum, nec mini-
 mum, quia inculpara uita, doctrina sincera, bo-
 na fama, falsitatem mentitam excludit. Iob. 17
cum multi falsi & mendaces testes accessissent, Nam defecerunt Dani. 13
 scrutantes scrutinio. Et sicut princeps huius
 mundi nihil in eo habuit, ita nec filij & ministri e-
 ius. Ideo ora de eo loquētium iniqua obstruebantur Psal. 11.
 ex ueritate manifesta, & in caput suum men-
 tiebantur. Marcus, *conuenientia testimonia non e-*
rant: Quia quod uariatur, incertum est, & quod
 uarium est, uerum esse non potest. Vana igitur lo-
 cuti sunt unusquisque ad proximū suum, labia do- Deūt. 19
 losa in corde & corde locuti sunt. *Nouisime autē* Iob. 10
uenerūt duo falsi testes, quando oēs alij spe sua fru- Marcus.
 strati erāt. Duo autē fuerunt iuxta legem, in quo- Iudit. 9
 rum ore stabat omne testimoniū. Vnius uero tes-
 tis uerbū, nullum est. Sic instaurabāt filij diaboli,
 contra filium dei testes suos, & multiplicauerunt
 irā suam aduersus eum, & dixerunt: Nos, docti, sa-
 nes & magni in populo, ex quibus anima populi per-
 det, *audiuimus ex ore eius eum dicentē: Ego dissolu-*
am (templum hoc manufactum) hoc addiderūt, &
alia mutauerunt, & post triduū aliud, hoc mentiti
 H sunt,

114 PASSIO DOMINI NOSTRI

sunt, quia nō de alio, sed de eodē locutus est Chris-

1. Cor. 3.
Colloc. 2

stus. Non manserunt, hoc addiderunt, reedificabo, ad eundē etiā intellectū nō retulerunt. Quia hoc dixit de tēplo corporis sui, in q̄ oīs plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit. Et ipsi ex malitia hoc retulerunt ad tēplū materiale. Ideo sequitur: Et nō erat cōueniens testimoniū eorū, q̄a insufficiēs ad mortis condēnationē, & nulla ueritatis firmitas suffulū. Sciebant insup̄ Pilatū p̄li non facere staret uel amoliretur eorū tēplū. Ergo Marcus.

Tunc exurgens in furore maximo & ira excādes cēs, eo q̄d ad mēdacia manifesta & calūnias falsas eorū taceret, ueritas & sapiētia. Tum quod tot falsi testes subornati, p̄cicio dato & accepto adducti, nihil de cordibus suis malis, quod ullā speciē ueri haberet, excogitare aut in mediū p̄ferre potuissent. Igitur summus sacerdos, sicut alios in honore sic & in abūdantia malitiæ excedēs, cui p̄ ceteris curæ fuit, ne locū, fastū & gentē p̄derent. Exurgēs impacientia & malitia exagitarus, in medium, uolēs ab eo inexcusabilē elicere accusationē. Sicut

Hiere. 18

ut scriptū est, Venite cogitemus cōtra eū cogitationes. Nō enim p̄ibit lex a sacerdotibus, neq̄ cōsiliū a sapientibus, nec sermo a Prophetis. Venite

Iacob. 1

Eccle. 27

p̄cutiamus eū lingua, & nō attēdamus ad uniuersos sermones eius. Ira ergo, quę iustitiā dei nō operat, & furor impudēs, quę uiraq̄ sunt execrabilia, de folio iniquitatis & cathedra pestilētiæ, excussit obsessum Pontificē, ut insaniā mētis malitia exuberātis, motu corporis demonstraret. Voluit accusationem

cufationem ex ore Christi extorquere, & fecit.
 Sed talē, quæ ipsum cū suis cōplicitibus absq; ulla
 excufatione dānauit, & Christū excufat ac gloria
 & honore summo ab oībus, psequendū, testatur &
 demōstrat. Sic mali dānant semetipsos, ipsi se illas
 queāt, cōstringuntq; oris sui uerbis & molitionis
 bus diabolicis. *interrogauit Iesum dicens. sed frustra* **Prover. 3**
facis rete hoc ante oculos pēnari, quo nō illū capies, sed
temetipsum inuoluēs & constringes. Sic
lingue eorū, & adinuētionēs eorū cōtra Dñm, ut **Esaiā. 3**
puocent oculos maiestatis eius. Nō respōdes quicq;
quā. Arbitrabat enim doli artifex illē, quod nihil
respōdere posset sapiētia nisi q̄ seipsam dānaret:
sed errauit sicut ouis quæ periit, ad ea quæ tibi ab **Psal. 112**
his calūniatoribus & falsis testibus obijciūtur? Des
dit enim nobis exemplum semetipsum, ut discere **Ioan. 15.**
mus ab eo, quod coram Iudice, ubi iudicium con **Abac. 1.**
uertitur retrorsum, & Iustitia longe stat, & in **Esaiā. 59**
iquitas præualet, taceamus sicut oues quæ cūcū **Psal. 118**
tur ad mortē. Et deo reuelemus causam nostrā,
dicendo: Iudica iudicium meum, & redime me a
calumnijs hominum, propter eloquium tuum ui
uifica me. Ille autem ueritas & sapientia, tacebat, **Danie. 12**
sicut innocens ouis. Iuxta illud: Eris tacēs, nec q̄si
uir obiurgans, quia domus exasperans est. & nihil
respōdit. Sciebat enim qd nō querebant ueritatē
ut erudirētur ad iustitiā, & qd quicqd respōderet,
torquerēt ad calūniā. Inutilis ibi erat Christi res
spōtio, ubi locū nō habuit ueritas. Nec erat ibi ius
stū iudiciū, sed iniquissimorū cōciliabulum latronū.

H ñ Rarsus

116 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Rursus ergo summus sacerdos interrogabat eū. **Ta**
Rom. 2 cuit, non quod ueritatem dicere nō auderet, sed
 ut ex humilitate iræ locum daret, redemptionē
Prok. 26 generis humani, quam in medio terrę operari ue
 nerat, non impediret. Ne stultis & maliciosis iux
 ta stultitiam & malitiam eorū responderet. Tū
 ne canes rabidos ad deteriora suis ueris responsis
Matt. prouocaret. Tum, quod indigni sua uera respōsi
 one erāt. Noluit sanctum dare canibus, nec mar
 garitas spargere ante porcos. & dixit ei. **Matthę**
Ioan. 1 us. *Adiuro te per deum uiuū, ut dicas nobis, ore pro
 prio, quid dicas de respō. Nam quid alij de te dis
 cant, audisti, si tu es Christus filius dei.* **Marcus, bene**
Gen. 49. *dixisti super omnia, à quo omnis benedictio & fas*
Esaie. 11 *lus datur. Es tu Messias? Iohannis. 4. Desyderiū
 collium æternorum, expectatio gētium, finis le
 gis, lumen gentium, sol iustitiæ, radix David, flos
 de radice Iesse, saluator omnium?*
- ¶ At Dominus ita respōsionē temperat, quod
 ueritatem confitetur, & deicidas futuri terrore
 supplicij à malicia reuocare satagat. *Dixit autem
 illi Iesus. Marcus. Ego sum. Matthæus. Tu dixisti,
 quod idem est, & est sensus: Ego sum filius dei ui
 ui & benedicti, sicut & tu dixisti: Veruntamen ad
 maiorem certificationem, & cumulū assertionis
 meę, plus quid addo, dico uobis inimicis ueritatis,
 amodo, post passionem, in secundo aduentu uide
 bitis uos & omnis oculus, me filium hominis seden
 tem, id est, regnantem & constitutum super om
 nia opera manuū patris mei, omnia subiecta sub
 pedibus*
- Psal. 8**

pedibus meis, & omnem potestatem habentem
 in cælo & in terra, a dextris uirtutis dei, & uenien-
 tem in maiestate sua & in gloria patris sui,
 cum omnibus Angelis & electis suis. Quamuis
 modo sim opprobrium hominum & abiectio
 meæ plebis. Licet modo sit absconditus uultus
 meus & despectus. Quamuis modo uobis gra-
 uis sim ad uidendum, & odio iniquo & gratis
 me odio habeatis, & non possitis mihi quicquam
 pacifice loqui. in nubibus cæli. Et tunc plang-
 gent se super me omnes tribus terræ, quæ nolus-
 erunt me regnare super se, atq; me iniuste sunt
 persecutæ, & oderunt me gratis, & pro eo quod
 me diligenter. Tunc iuste & districte iudicabo
 uos (quia pater omne Iudicium mihi dedit, & cõs-
 tituit me Iudicem uiuorum & mortuorum) qui
 modo me iudicatis iniuste & damnatis inique.

¶ Sed ueritatis hoc dictum uerissimum, supra
 modum exulcerauit, exacerbauitq; animos pes-
 stilentium & Ecclesiam malignantiũ. Ergo. Tunc
 princeps sacerdotum, salutis & gratiæ audito res-
 põso & uerbo, scidit uestimẽta sua. Ad exaggerã-
 dam auditi sermonis inuidiã, scidit uestimẽta sua,
 ira percitus & furore succensus, ut magnitudinẽ
 auditæ blasphemix, quam Christũ fingeat pro-
 tulisse, tali signo demonstraret. Neq; enim inimis
 cis ueritatis, ueritatis sermone amari quicquã
 est ad audiendum. Et ueritatis uerbum, omni gla-
 dio ancipiti scuius uulnerat & excrutiat corda in-
 imicorum ueritatis. Et rabiẽm mētis uerbo mens

H iij daci

Mat. 8

Matt. 23

Esa. 53

Apo. 1

Luce. 19

Iohan. 5

1. Pet. 4

Sap. 8

118 PASSIO DOMINI NOSTRI

Sap. 2

daci eructat, dicens: *Blasphemauit*, dicēdo & glori-
ficādo se filium dei esse. Sic ille qui uiam dei do-
cuit in ueritatē, qui est ipsa ueritas; & testimoni-
um ueritati perhibuit, ueritatem diligit, requirit
& fecit. Qui protector est omnium exquirentiū
se in ueritate. Qui dicit de seipso: In me gratia
oīs uitæ & ueritatis, in me oīs spes uitæ & uirtu-
tis. Ille ueritatē confitens, ab inimicis oīs ueritas
& omnis iustitiæ, a cōtradictoribus, impugna-
toribusq; ueritatis, arguitur blasphemix, infimus
latur falsitatis, falso arguitur mendacij, culpatur
criminis iniuste, in quo ipsi rei erant & submersi in
profundū malorū. *Quid adhuc egemus testibus?* ad

Iohan. 10

Iob. 15

eius condemnationem. *Ecce nunc omnes uos qui
estis capita & rectores aliorū, audistis, auribus ues-
tris blasphemiam, qua seipsum cum homo sit, deum
facit. O Caypha, iniquitas istum sermonem do-*

Hester. 2

*cuit os tuū, & tu imitaris linguā blasphemantium,
Christus patrē suū (ueritatē cōfitendo) honorifi-
cat, sed tu inhonoras eū. Ideo cōdemnat te os rus-
um, & nō ego. Quid uobis, sanctis, doctis & prudē-
tibus, q̄ scitis leges & iura maiorū, quorū hacten-
us cuncta feci cōsilio. Quid ergo uobis uidetar,
cum isto blasphemo faciendū? Cui sentētiæ Chris-
tus subiacere debet? q̄ mortis supplicio occidi?
At illi oēs respondentes, dixerunt: *Reus est mortis.*
Sic reddunt ei malum pro bono. Nam eū qui dat
omnibus uitā & inspirationem & omnia. Qui ha-
bet clāues uitæ & mortis. Qui est uita ipsa & res-
urrectio. Qui mortificat & uiuificat, deducit ad
inferos*

Inferos & reducit. Qui peccatum non fecit ullū,
 in cuius ore non est dolus inuentus. Cuius sermo-
 nes omnes iusti erāt, in gratia sale conditi, q̄ gra-
 tiam & ædificationem fidei auditoribus p̄buerunt.
 Ecce hic reus mortis proclamatur, damnatur ab
 omnibus, sicut ouis occisionis estimatur, ut pestis
 lentissimus reprobatur, ut nocentissimus morti *Sapie 2*
 addicitur. Hæc dixerunt & errauerunt, excœcas *Leui. 24*
 uit enim eos malitia eorū. Sic sedentes iudicant *Exod. 23*
 Christum secundū legem, quę blasphemū iubet *Dani. 13*
 lapidari. Et cōtra legē innocentē & iustū condē-
 nant morte, mortisq̄ reum mētiuntur. Vnde ru- *Deut. 19*
 sus lex dicit: In iudicio non acquiescas plurimorū *Iob. 15.*
 sententiæ, ut a ueritate deuias. Sed miseri & cœci *Matt. 23*
 os uestrum hic uos condemnat. Vos blasphemæ *Luc. 11*
 stis crebro, maxime quando hoc quod erat uirtus *Mat. 10*
 dei, Beelzebub attribuis. Quādo eū demoni-
 um habere, peccatorē, seductorē, legis transgres- *Iohan. 10*
 sorē esse dixistis. Imo Beelzebub, & id genus mul- *1. Iohan. 5*
 tis blasphemijs alijs eū inhonorastis, & in spūm
 sanctum peccastis. Ideo uos estis rei mortis, non
 Christus, & peccatū uestrū manet, nec remissum
 est in hoc seculo, neq̄ in alio. Hic cōsentiūt oēs in
 malo, qui nunq̄ confenserunt in bono. Sic hereti-
 ci in persecutione Ecclesiæ, & scripturæ depra-
 uatione, ueritatisq̄ agnitæ impugnatione, cōcor-
 des sunt, sed inter se diuisi sunt, & mutuis se calū-
 nijs lacefcunt, traducūt & confundunt. Sic uulpes *Iud. 28. 31*
 Sāpſonis dolose, quę Christi uineā demoliuntur, *Cantic. 2*
 in caudis sunt colligatæ, in uultibus diuisę.

118 PASSIO DOMINI NOSTRI

At nunc cum tempore crescunt Regis nostri iniuriæ, cruciatus & pœnæ. Nam mox post innocentis condemnationem, impiissimus Iudex agnū manfactum tradidit lupis macerandum, lanians dum & omnibus pœnis affligendum. At illi sicut canes famelici in captum leporem, irruerunt in Christum. Et qui eum magis affligere, falso putavit se maius deo obsequium præstare, & se maioribus gratificari. Vnde per totam noctem, a filiis tenebrarum, lux mundi & agnus dei sicut uas perditum est impulsus, sicut uermis conculcatus, sicut opprobrium hominum & abiectio plebis, insultus. Sicut maledictum, blasphematus. Sicut uis ta indignus, & proiectus a facie oculorum dei, excruciatu: Nam uiri qui tenebant eum, unctum ut latronem, illudebant ei uerbis contumeliosis. Factis item ei molesti erant, quia expuerunt in faciem eius, speciosam præ filiis hominum. Et non dicit, spuerunt, sed expuerūt, quasi excreādo spu erunt. Nec unus tantum, sed multi, ideo notanter Marcus ait, conspuerunt, quo nihil turpius, nihil foediū, nihil abominabilius cogitari potest. At ille faciem suam non auertit ab increpantibus & conspuentibus in eam. Sic regis gloriæ faciem suam immundæ, conspuere non uerebantur. Deinde uelauerunt faciem eius plenam gratiarum, in quā desiderant Angeli prospicere. Faciem illam desiderabilem quam ab initio omnes pii, iusti & recti corde desiderauerunt uidere, & non uiderūt, dicentes: Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus.

Ioan. 16

Ioan. 8

Psal. 44

Psa. 50

Iob. 30

1. Petri. 1

Psal. 79

mus.

us. Et hanc ingratiſſimi nunc uelant, faciem eius non uifuri in decore ſuo & gloria in æternum. *Eſaiæ. 59.*
 Et colaphis eum ceciderunt. Quia corpus ſuum deſit
 it percutientibus, & genas ſuas uellentibus, &
 cedebant ei ſapientiæ & uirtuti, ueluti ſtulto illuſi *Ioan. 1.*
 entes: *Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te perc-*
 uſſit? Quasi dicat: Apopulo infano qui non nouit *Hier. 20.*
 gem, tanquam Propheta honorabaris, & iam *Tre. 3*
 gnoras quis te percuffit? Sic factus eſt in deriſum *Iob. 12*
 um tota die, omnes ſubſannauerunt eum. Et aliſi
 i: Ego ſum pſalmus eorum. Sic derideretur iuſti
 mplicitas, lampas cõtempta apud cogitationes *Iob. 16*
 iuitum, parata in tempus ſtatutum. Et miniſtri *Mich. 5*
 lapis eum cedebant. Vnde ait Iob: Exprobrantes *Tre. 3*
 ercuſſerunt maxillam meam. Et iterum: Percuſſi
 ent maxillã Iudicis Iſrael. Et iterum alia ſcri
 tura dicit: Dabit percutienti ſe maxillam, ſatur
 abitur opprobrijs. Alij palmas in faciem eius deſe
 erunt. *Lucas. Et alia multa blaſphemantes, dice-*
 ant in eum. In quo uerbo innuitur, quod cruci
 tus, iniurias, pœnas, contumelias, probra, ſcõm
 nata, uerbera, lædoria & mala quæ Dominus in
 ſto pertulit conticinio & tempore antelucano, *Matt. 25*
 uris non audiuit, lingua non expreſſit, calamus *2. Teſſ. 1*
 Euangelistarum non digeſſit, nullus hominum
 ognouit. Sed manifeſta erunt, cum in gloria pã
 ris ſui uenerit glorificari in ſanctis ſuis, & dare
 unicuique ſecundum opera ſua. Tunc iuſti uides
 unt quam multis pœnis pro peccatis eorum ſat
 iſfecit. Quam magno præcio eos emit & redet

H V mit,

113 PASSIO DOMINI NOSTRI

Callat. 2
Heb. 3

mit, de uana conuersatione paternæ traditionis.
Et reprobi uidebunt quam iuste damnantur, eo
quod tantam gratiam abiecerunt, tantam salutē
neglexerūt, pro nihilo tantā charitatē habuerūt.

Hora prima.

Psal 18

Lucæ. 12.

Cantic. 3

Tric. 1.

Psal 30

Saluator noster dilectissimi, per totā noctē
laborauit in huius mundi magno & pericu-
loso manibus pelago. Instar gygantis fortiss-
fimi (urgente eum sua perpetua & spontanea cha-
ritate, qua dilexit nos) uiam salutis nostrę cucur-
rit Vnde ipse ait: Baptismo habeo baptizari, pass-
sionis meæ amarissimæ, & quomodo coarctor (à
dilectione mea, quæ fortior morte & durior in-
ferno in me est. Quia mortem mortificauit, & in-
fernum momordit, destruxit & spoliauit) usque
dum perficiatur. Et quamuis, ut sacra Euangelij
testatur historia, per totam noctem laborauit, ut
bonus miles & piscator, ut bonus agricola, usque
ad uincula & uerbera, nihil tamen cœpit, nullum
cōuertit, neminem duro isto agone suo saluauit.
Imo quod tristius est, duodecim discipulos suos
perdidit, dū scandalum in se passi, relicto eo om-
nes fugę præsidium arripuerunt. Nam super om-
nes inimicos suos tunc factus fuit opprobriū ui-
cinis suis ualde, & timor notis suis. Qui uidebant
eum foris, fugerunt ab eo, obliuioni datus fuit,
tanquam mortuus a corde. Factus fuit tanquam
uas perditum, uis morbida, homo pestilens, pur-
gamentum mundi, omnium pipsema, opprobriū
hominum

hominum & abiectio plebis, morti destinatus, & quem fas non fuit uiuere. Ideo uituperationem multorum audiuit, commemorantium in suo circumitu. Vere uir rixæ, uir discordiæ in uniuersa terra fuit. Omnes ei maledicebant. Insuper in eo dum mane factus, conuenirent simul aduersus eum, accipere, perdereq; animam eius cõsiliati sunt, & perdere de terra memoriã eius. Hinc ipse ait: Sicut aqua effusus sum, in captione mea, de qua in uase ex qua effunditur, nullus odor manet aut uestigijs, & dispersa sunt omnia ossa mea, hoc est, fortiores, intimiores & dilectissimi mei. Quia relicto eo solo, omnes fugierunt. Sicut milites disperguntur, duce capto aut imperatore, & oues percussio pastore, discipuli abducto præceptore, orphani & pupilli, parentibus orbati.

¶ Vere retribuerunt tibi mala pro bonis, & odium pro tua dilectione. Tu dispersiones Israelis sæpius congregasti in unum, cum usque ad cardines cœli propter peccata sua erant dissipati, de cunctis populis in quos erant dispersi eos reduxisti. Sed patris sui diaboli in hoc desyderia & opera fecerunt, congregata dispergendo, pacem habentes turbando. Verum hæc in nocte, in horto, & in domo Annæ & Cayphæ facta sunt hora matutinali. ¶ Ut autem factus est dies. Filij diaboli & tenebrarum, armis & operibus tenebrarum armati, cum intempestæ noctis silentio, & dum nox in suo cursu medium iter haberet, in concilio suo ex ore CHRISTI audiuisent, quod filium dei benedicti

- Iohan. 5** benedicti se diceret, & quod pater omne iudici-
1. Pet. 4. um sibi tradidisset, essetq; Iudex uiuorum & mor-
Iohan. 10 tuorum constitutus. Tunc gauisi sunt gaudio ma-
 gno ualde, eo quod seipsum deum fecisset cum ef-
 set homo purus, similis nobis. Postquã igitur falsè
 se putabant se ex ore illius uerba blasphemix in
 deum audiuisse, illudebant ei, omni cõtumeliarũ,
 impropertiorum & pœnarum genere eum affli-
 xerunt ad nauseam usq; & fatigationem. Deinde
Iohan. 16 militibus eum tradiderunt uexandum, donec ipsi
 mane factõ, reuerteretur. Ad quod ministri sces-
 lerum eo erãt propensiores, quãto se deo in hoc
 maius obsequium facere credebant, magis item
Iob. 24 per hæc scirent se perfidis placere Iudæis. Mane
 autẽ factõ, rursus consurrexerunt homicidæ (ue-
Act. 10 rius deicide) ut interficerent egenum & pauperẽ,
 qui per noctem erant fures & larrones quãdo es-
 um ceperunt in horto, per quem omnibus bonis
Esai. 30 repleti erant, & ab omnibus malis liberati. Per-
 tranfierat enim & sanauerat omnes languores es-
 orum, & omnes oppressos a diabolo liberauerat.
Rom. 9 consilium inierunt, non ex deo, sed ex diabolo, nos-
 bis utilissimum qui præordinati sumus ad uitam,
 sed ipsis uasis iræ aptis ad interitum, nocētissimũ.
Hiere. 11 De quo scriptum est: Ego quasi agnus qui portat-
 tur ad uictimam, & non cognoui, quia cogitauer-
Psal. 21 runt consilia, dicentes: Venite mittamus lignum
 in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentis-
 um, & nomen eius non memoretur amplius. Sic
 consilium malignantium obsedit eum. Quia inig-
 rant

IESV CHRISTI.

114

erant cœtus eorum . Sed in consilium eorum non
 ueniat anima mea, & in cœtu eorum non sit gloria mea, omnes, senes cum iunioribus. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Sic olim uniuersus Israel toto corde sequebatur pessimum filium Absolon, obliti omnium benefactorum David. Nec solummodo pauperes & stulti, aut mutabile uulgus, ignorantes uiam Domini, & iudicium dei, rei erant corporis & sanguinis Domini, sed & optimates, principes & omnes Iudices terræ, in eadem damnatione erant omnes. Et quauis cognouerunt uiam Domini, & iudicium dei. Nihilominus hic simul confregerunt iugum, mutauerunt Ius, ruperunt uincula, transgressi sunt leges dei grauissimas, dissipauerunt sœdus sempiternum. Abiecerunt legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Et eos specificat. ex parte, quos malitia excœcauit, principes sacerdotum, in quibus debuit esse sanctitas, ex quibus pendeat anima populi. Sed iam lex perierat a sacerdotibus. Nec dixerunt sacerdotes, ubi est Dominus, & tenentes legem, nescierunt eum, & pastores prauaricati sunt. Recesserunt a uia dei, & scandalisauerunt plurimos in lege. Irritum fecerunt pactum Leui, & in transgressionibus erant primi. De industria recesserunt a deo, & quæ odit deus, elegerunt & sine omnimodice & rubore fecerunt, & seniores populi, in quibus debuit esse sapientia. Sed iam egressa est omnis iniquitas a senioribus populi & rectoribus

Eesai. 2

Gen. 46

Psal. 13

Rom. 3

2 Reg. 15

Hier. 5

Eesai. 24.

Sapien. 2

Eze. 7

Hier. 2

Mala. 2

Iob. 12

1. Esd. 9

qui

116 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Eccle. 4.** qui uidebantur regere populum, & pro iustitia
 agonizare debebant usq; ad mortem: Liberare
 item pauperes uociferantes, & pupillos quibus nō
 est adiutor & consolator, qui non possunt uiolens
Iob. 19 tix potentium resistere, cunctorū auxilio desti-
 tuti. Ut benedictio periturorum super eos ueni-
 ret, dum corda merentium consolantur, contes-
Psal. 2 runt molas iniquorum, & de dentibus illorū pre-
 dam auferunt. *cum scribis*, in quibus debuit esse
 ueritas. Qui debebant uerba legis ponderare, in
 lege domini meditari die ac nocte, ueritati testis
 moniū perhibere, solicite curare seipsos probabi-
Gallat. 3. tractare uerbū ueritatis. Sed tūc fascinati erāt a
 patre mendaciorū, ne obedirent ueritati, nec ac-
 gescerent, sed potius crediderunt & cōsenserūt
Rom. 2 iniquitati & mēdacijs. Nā corrupti & abominabi-
2. Tes. 2 les a deo facti erāt in studijs suis, quod non stetes-
 runt in ueritate, nec ueritas ulla amplius erat in
2. Tim. 3 eis. Imo resisterūt ueritati, uerbis ueritatis con-
 tradixerūt sicut Iannes & Mābres. Corruerat in
 plateis ueritas, & facta tūc tēporis fuit in obliuio-
Esai. 59 nē. Ideo cōceperūt & loquebantur de corde suo
 mēdaciā, & cōuersum fuit iudiciū retrorsum, &
 iustitia lōge stetit. ¶ Sed quales cōsiliatores, ta-
 le & cōsiliū. Non cōsulebant q̄modo possent ani-
Philip. 2. mas suas saluas facere, sed dānare. Non q̄modo
1. Tim. 6 possent a diaboli laqueis resipiscere, deo per oīa
 placere, salutem suā cū metu & tremore opera-
 ri, thesaurū bonū in cœlo sibi thesaurizare, sed ut
 Iesum

Iesum, authorem salutis, qui uenit quætere & saluum facere quod perierat, dolo tenerent & occiderent impie, contra ius, fas & legē dei. In hoc imitantes patrem suum diabolum, qui ab initio homicida fuit. Vnde Matthæus ait: *Consilium inierunt aduersus Iesum*. Ecce impietas & malitia, contra pietatem, bonitatem & deum deorum. Sic configebant deum suum, ut eum morti crucis turpissimæ traderent, & condemnare ut, pro eo quod eum diligerēt, Sic fratres Ioseph consulebant & colloquebantur, ut eum occiderent ne eum adorarent super terram, aut subiicerentur eius ditioni. Verum, quod illi cū inuidia tabescere iter habentes cogitabant in malum, hoc deus sua bonitate conuertit in bonum.

¶ Mane hoc cæcis (Iudæis tenebrarum filijs, lucem odientibus, ac tenebras magis quam lucem amanibus) non ortum lucis contulit, sed occasum, eo quod rebelles lumini erant. Nec eorum oculis solitus dies prodijt, non lux eni iustitiæ luxit, nec sol intelligentiæ ortus est eis, sed deum timentibus. Sed superposita illis erat grauis nox, imago tenebrarum æternarum quæ superuenturæ erant illis. Sed & ipsi sibi erant grauiore tenebræ, dum nolebant intelligere ut bene agerent, & deo dicebant, non tam uerbis quam uita & operibus: *Recede à nobis, scientiam uiarum tuarū, nolumus* Duxerunt ergo ursi rugientes, tauri pingues, lupi rapaces, synagoga Satanae, ecclesia malignantium, agnū dei, quem innocentē, filium dei

Matth. 23
Lucæ. 19
Iohan. 8.

Malac. 2

Gen. 37

Gen. 10

Iohan. 1

Sapient. 5

Malac. 2

Sapient. 17

Psal. 95

Iob. 21

118 PASSIO DOMINI NOSTRI

Sap. 2

daci eructat, dicens: *Blasphemauit, dicēdo & glorificādo se filium dei esse. Sic ille qui uiam dei docuit in ueritate, qui est ipsa ueritas, & testimonium ueritati perhibuit, ueritatem diligit, requirit & fecit. Qui protector est omnium exquirentium se in ueritate. Qui dicit de seipso: In me gratia oīs uitæ & ueritatis, in me oīs spes uitæ & uirtutis. Ille ueritatē confitens, ab inimicis oīs ueritatis & omnis iustitiæ, a cōractoribus, impugnatore sūq; ueritatis, arguitur blasphemix, infimus latur falsitatis, falso arguitur mendacij, culpatur criminis iniuste, in quo ipsi rei erant & submersi in profundū malorū. Quid adhuc egemus testibus?*

Ioh. 8. 16
Iob. 13

ad eius condemnationem. Ecce nunc omnes uos qui estis capita & rectores aliorū, audistis, auribus uestris blasphemiam, qua seipsum cum homo sit, deum facit. O Caypha, iniquitas istum sermonem docuit os tuū, & tu imitaris linguā blasphemantium,

Hester. 1

Christus patrē suū (ueritatē cōfitendo) honorificat, sed tu inhonoras eū. Ideo cōdemnat te os tuum, & nō ego. Quid uobis, sanctis, doctis & prudentibus, q̄ fecitis leges & iura maiorū, quorū hactenus cuncta feci cōsilio. Quid ergo uobis uidetur, cum isto blasphemo faciendū? Cui sentētis Christus subiacere debet? q̄ mortis supplicio occidi? At illi oēs respondentes, dixerunt: Reus est mortis. Sic reddunt ei malum pro bono. Nam eū qui dat omnibus uitā & inspirationem & omnia. Qui habet clauēs uitæ & mortis. Qui est uita ipsa & resurrectio. Qui mortificat & uiuificat, deducit ad inferos

Inferos & reducit. Qui peccatum non fecit ullū,
 incuius ore non est dolus inuentus. Cuius sermos
 nes omnes iusti erāt, in gratia sale conditi, q̄ gras
 tiam & ædificationem fidei auditoribus p̄buerunt.
 Ecce hic reus mortis proclamatur, damnatur ab
 omnibus, sicut ouis occisionis estimatur, ut pestis
 lentissimus reprobatur, ut nocentissimus morti *Sapie 2*
 addicitur. Hæc dixerunt & errauerunt, excæcas *Leui. 24*
 uit enim eos malitia eorū. Sic sedentes iudicant *Exod. 23*
 Christum secundū legem, quæ blasphemū iubet *Dani. 13*
 lapidari. Et cōtra legē innocentē & iustū condē *Dent. 19*
 nant morte, mortisq̄ reum mētiuntur. Vnde ru *Iob. 15.*
 sus lex dicit: In iudicio non acquiescas plurimorū *Matt. 22*
 sententiæ, ut a ueritate deuias. Sed miseri & cæci *Luc. 11*
 os uestrum hic uos condemnat. Vos blasphemæ *Mat. 10*
 stis crebro, maxime quando hoc quod erat uirtus
 ris dei, Beelzebub attribuistis. Quādo eū dēmoni
 am habere, peccatorē, seductorē, legis transgres *Iohan. 10*
 sorē esse dixistis. Imo Beelzebub, & id genus mul *1. Iohan. 5*
 ris blasphemis alijs eū inhonorastis, & in spū
 sanctum peccastis. Ideo uos estis rei mortis, non
 Christus, & peccatū uestrū manet, nec remissum
 est in hoc seculo, neq̄ in alio. Hic cōsentiūt oēs in
 malo, qui nunq̄ consenserunt in bono. Sic hereti
 ci in persecutione Ecclesiæ, & scripturæ depræ
 uatione, ueritatisq̄ agnitæ impugnatione, cōcor
 des sunt, sed inter se diuisi sunt, & mutuis se calū
 nijs lacefcunt, traducūt & confundunt. Sic uulpes *Iud. 18*
 Sāpſonis dolose, quæ Christi uineā demoliuntur, *Cantic. 2*
 in caudis sunt colligatæ, in uultibus diuisæ.

H iij A

113 PASSIO DOMINI NOSTRI

At nunc cum tempore crescunt Regis nostri iniuriæ, cruciatus & pœnæ. Nam mox post innocentis condemnationem, impiissimus Iudex agnū manfactum tradidit lupis macerandum, lanians dum & omnibus pœnis affligendum. At illi sicut canes famelici in captum leporem, irruerunt in Christum. Et qui eum magis affligere, falso putavit se maius deo obsequium præstare, & se maioribus gratificari. Vnde per totam noctem, a filiis tenebrarum, lux mundi & agnus dei sicut uas perditum est impulsus, sicut uermis conculcatus, sicut opprobrium hominum & abiectio plebis, insultus. Sicut maledictum, blasphematus. Sicut uisus indignus, & proiectus a facie oculorum dei, excruciatu: Nam uiri qui tenebant eum, uinctum ut latronem, illudebant ei uerbis contumeliosis. Factis item ei molesti erant, quia expuerunt in faciem eius, speciosam præ filiis hominum. Et non dicit, spuerunt, sed expuerūt, quasi excreādo spuruerunt. Nec unus tantum, sed multi, ideo notanter Marcus ait, conspuerunt, quo nihil turpius, nihil foediū, nihil abominabilius cogitari potest. At illa le faciē suam non auertit ab increpantibus & conspuentibus in eam. Sic regis gloriæ faciē sues immundæ, conspuere non uerebantur. Deinde uelauerunt faciem eius plenam gratiarum, in quā desiderant Angeli prospicere. Faciem illam desiderabilem quam ab initio omnes pii, iusti & recti corde desiderauerunt uidere, & non uiderūt, dicentes: Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus.

Ioan. 16

Ioan. 2

Psal. 44

Psa. 50

Iob. 30

1. Petri. 1

Psal. 79

mus.

mus. Et hanc ingratissimi nunc uelant, faciem eius non uisuri in decore suo & gloria in æternum. *Esaiæ. 59.*
Et colaphis eum ceciderunt. Quia corpus suum dedit percutientibus, & genas suas uellentibus, & dicebant ei sapientiæ & uirtuti, ueluti stulto illud *Ioan. 2.*
 dentes: *Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?* Quasi dicat: A populo insano qui non nouit *Hier. 20.*
 legem, tanquam Propheta honoraberis, & iam *Tre. 3.*
 ignoras quis te percussit? Sic factus est in derisum tota die, omnes subsannauerunt eum. Et alibi: *Iob. 12.*
 Ego sum psalmus eorum. Sic deridetur iusti simplicitas, lampas cõtempta apud cogitationes diuitem, parata in tempus statutum. Et ministri *Iob. 16.*
 alapis eum cedebant. Vnde ait Iob: Exprobrantes *Mich. 5.*
 percusserunt maxillam meam. Et iterum: Percussent maxillã Iudicis Israel. Et iterum alia scriptura dicit: Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. *Tre. 3.*
 Alij palmas in faciem eius deriderunt. *Lucas.* Et alia multa blasphemantes, dicebant in eum. In quo uerbo innuitur, quod cruciatus, iniurias, pœnas, contumelias, probra, scõmata, uerbera, lædora & mala quæ Dominus in isto pertulit conticinio & tempore antelucano, *Matt. 25.*
 auris non audiuit, lingua non expressit, calamus *2. Tess. 1.*
 Euangelistarum non digessit, nullus hominum cognouit. Sed manifesta erunt, cum in gloria patris sui uenerit glorificari in sanctis suis, & dare unicuique secundum opera sua. Tunc iusti uidebunt quam multis pœnis pro peccatis eorum satisfecit. Quam magno præcio eos emit & redet

H V mit,

hominum & abiectio plebis, morti destinatus, & quem fas non fuit uiuere. Ideo uituperationem multorum audiuit, commorantium in suo circuitu. Vere uir rixæ, uir discordiæ in uniuersa terra fuit. Omnes ei maledicebant. Insuper in eo dum mane factò, conuenirent simul aduersus eum, accipere, perderetq; animam eius cõsiliati sunt, & pdere de terra memoriã eius. Hinc ipse ait: Sicut aqua effusus sum, in captione mea, de qua in uase ex qua effunditur, nullus odor manet aut uestigijs um, & dispersa sunt omnia ossa mea, hoc est, fortiores, intimiores & dilectissimi mei. Quia relicto eo solo, omnes fugierunt Sicut milites disperguntur, duce capto aut imperatore, & oues percusso pastore, discipuli abducto præceptore, orphani & pupilli, parentibus orbati.

1. Cor. 4

Hic. 85.

Psal. 33

Psal. 21

¶ Vere retribuerunt tibi mala pro bonis, & odium pro tua dilectione. Tu dispersiones Israelis sæpius congregasti in unum, cum usque ad cardines cœli propter peccata sua erant dissipati, de cunctis populis in quos erant dispersi eos reduxisti. Sed patris sui diaboli in hoc desyderia & opera fecerunt, congregata dispergendo, pacem habentes turbando. Verum hæc in nocte, in horto, & in domo Annæ & Cayphæ facta sunt hora matutinali. ¶ Ut autem factus est dies. Filij diaboli & tenebrarum, armis & operibus tenebrarum armati, cum intempestæ noctis silentio, & dum nox in suo cursu medium iter haberet, in concilio suo ex ore CHRISTI audiuiissent, quod filium dei benedicti

Psal. 146

Deut. 30

Sapi. 18

- Iohan. 5 benedicti se diceret, & quod pater omne iudici-
 1. Pet. 4. um sibi tradidisset, essetq; Iudex uiuorum & mor-
 Iohan. 10 tuorum constitutus. Tunc gauisi sunt gaudio ma-
 gno ualde, eo quod se ipsum deum fecisset cum es-
 set homo purus, similis nobis. Postquã igitur falsè
 se putabant se ex ore illius uerba blasphemix in
 deum audiuisse, illudebant ei, omni cõtumeliarũ,
 improprietatum & pœnarum genere eum affli-
 xerunt ad nauseam usq; & fatigationem. Deinde
 Iohan. 16 militibus eum tradiderunt uexandum, donec ipsi
 mane factò, reuertentur. Ad quod ministri sces-
 lerum eo erãt propensiores, quãto se deo in hoc
 maius obsequium facere credebant, magis item
 Iob. 24 per hæc scirent se perfidis placere Iudæis. Mane
 autẽ factò, rursus confurrexerunt homicidæ (ue-
 ritus deicide) ut interficerent eum & pauperẽ,
 Aãr. 10 qui per noctem erant fures & latrones quãdo es-
 um ceperunt in horto, per quem omnibus bonis
 Esaiæ. 30 repleti erant, & ab omnibus malis liberati. Per-
 transierat enim & sanauerat omnes languores es-
 orum, & omnes oppressos a diabolo liberauerat.
 Rom. 9 consilium inierunt, non ex deo, sed ex diabolo, nos-
 bis utilissimum qui præordinati sumus ad uitam,
 sed ipsis uasis iræ aptis ad interitum, nocētissimũ.
 Hier. 11 De quo scriptum est: Ego quasi agnus qui portat-
 tur ad uictimam, & non cognoui, quia cogitauer-
 runt consilia, dicentes: Venite mittamus lignum
 Psal. 21 in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentis
 um, & nomen eius non memoretur amplius. Sic
 consilium malignantium obsedit eum. Quia iniq-
 erant

erant cœtus eorum . Sed in consilium eorum non
 ueniat anima mea, & in cœtu eorum non sit glori- *Esai. 2*
 a mea, omnes, senes cum iunioribus. Omnes des- *Gen. 46*
 clinauerunt, simul inutiles facti sunt. Sic olim uni-
 uersus Israel toto corde sequebatur pessimum *Psal. 13*
 filium Absolon, obliti omnium benefactorū Da- *Rom. 3*
 uid. Nec solummodo pauperes & stulti, aut muta- *2 Reg. 15*
 bile uulgus, ignorantes uiam Domini, & iudiciū *Hier. 5*
 dei, rei erant corporis & sanguinis Domini, sed
 & optimates, principes & omnes Iudices terræ,
 in eadem damnatione erant omnes. Et quāuis
 cognouerunt uiam Domini, & iudicium dei. Ni-
 hilominus hic simul confregerunt iugum, mutas- *Esai. 24.*
 uerunt Ius, ruperunt uincula, transgressi sunt leg-
 es dei grauissimas, dissipauerunt sædus sempit-
 ternum. Abiecerūt legem Domini exercituum, *Sapient. 2*
 & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Et
 eos specificat. ex parte, quos malitia excæcauit, *Eze. 7*
 principes sacerdotum, in quibus debuit esse sancti-
 tas, ex quibus pendeat anima populi. Sed iam
 lex perierat a sacerdotibus. Nec dixerunt sacer- *Hier. 2*
 dotes, ubi est Dominus, & tenentes legem, nescie-
 runt eum, & pastores prauaricati sunt. Reces- *Mala. 2*
 serunt a uia dei, & scandalisauerunt plurimos in
 lege. Irritum fecerunt pactum Leui, & in trans-
 gressionibus erant primi. De industria recesserūt
 a deo, & quæ odit deus, elegerunt & sine omni
 timore & rubore fecerunt, & seniores populi, in *Iob. 12*
 quibus debuit esse sapientia. Sed iam egressa est *1. Esd. 9*
 omnis iniquitas a senioribus populi & rectoribus

Iesum, authorem salutis, qui uenit quætere & saluum facere quod perierat, dolo tenerent & occiderent impie, contra ius, fas & legem dei. In hoc imitantes patrem suum diabolum, qui ab initio homicida fuit. Vnde Matthæus ait: *Consilium inierunt aduersus Iesum. Ecce impietas & malitia, contra pietatem, bonitatem & deum deorum. Sic configebant deum suum, ut eum morti crucis turpissimæ traderent, & condemnarent, pro eo quod eum diligeret, Sic fratres Ioseph consulebant & colloquebantur, ut eum occiderent ne eum adorarent super terram, aut subiicerentur eius ditioni. Verum, quod illi cum inuidia tabescebant, hoc deus sua bonitate conuertit in bonum.*

¶ Mane hoc cæcis (Iudæis tenebrarum filijs, lucem odientibus, ac tenebras magis quam lucem amantibus) non ortum lucis contulit, sed occasum, eo quod rebelles lumini erant. Nec eorum oculis solitus dies prodijt, non enim iustitiæ luxit, nec sol intelligentiæ ortus est eis, sed deum timentibus. Sed superposita illis erat grauis nox, imago tenebrarum æternarum quæ superuenturæ erant illis. Sed & ipsi sibi erant grauiore tenebræ, dum nolebant intelligere ut bene agerent, & deo dicebant, non tam uerbis quam uita & operibus: Recede a nobis, scientiam uiarum tuarum, nolumus. Duxerunt ergo ursi rugientes, tauri pingues, lupi rapaces, synagoga Satanae, ecclesia malignantium, agnū dei, quem innocentē, filium dei

Matt. 26
Lucæ. 19
Iohan. 8.

Malac. 2

Gen. 37

Gen. 10

Iohan. 2

Sapient. 5

Malac. 2

Sapient. 17

Psal. 95

Iob. 21

26 PASSIO DOMINI NOSTRI

- dei uiui, sanctum sanctorum, regem regum, deum
 deorum, in consilium suum malignantium, ubi erat
 sicut ouis inter lupos, liliū inter spinas. In quo
 concilio deus non fuit, ueritas, iustitia, equitas, in-
 nocentia & pax locum non habuit, dicentes, de ma-
 lo thesauro cordis sui mali, & interrogantes, non
 ut ueritatem, quam odiebant, audirent, sed ut cas-
 luminiā struerent, & aliquid ex ore eius caper-
 rent, ut accusarent eum. Si tu es Christus, dic nos-
 bis? In lege ungebantur Reges, Prophetæ, sacer-
 dotes, & milites. Dic ergo nobis, tu qui uerax es,
 & legem dei in ueritate doces, ac personam nul-
 lius respicis, es tu rex Israel, qui de semine Da-
 uid uenturus est in nomine domini? Es tu pro-
 pheta ille magnus, quem Moyses scripsit ex no-
 bis nasciturum, quem ut ipsum audire nobis præ-
 cepit, & facere omnia quæ præcipis? Es tu sacer-
 dos ille magnus secundum ordinem Melchises-
 dech, rex iustitiæ & pacis, sine patre in terris, sine
 matre, in cælis, sine genealogia, neque initium ne-
 que finem dierum habens? Es tu gygas ille for-
 tissimus qui fortissimum illum generis humani ini-
 micum debellaturus es? Et nos saluaturus de ini-
 micis nostris, & de manu omnium qui oderunt
 nos? Qui delere debet cyrographum mortis, nos-
 bis contrarium, & expoliare principatus & pos-
 testates confidenter, & palam illos triumphare
 in temetipso? Responde ergo nobis, es tu Chris-
 tus dei, præ confortibus tuis oleo letitiæ unctus
 à deo? Si hoc dixeris, condemnabit te os tuum, &
 non

nō nos, & ex ore tuo te iudicabimus. Ex ore tuo & ex uerbis tuis (si hoc dixeris) condemnaberis. *Luce. 12. Matt. 12.*

In nocte interrogauerūt eū, si esset filius dei benedicti. Quod licet confessus fuisset, nihil tamen per hoc apud Pilatum se promouere posse timebant, cum ipse pluralitatem deorum crederet, & Iudaicæ legis documenta, ne pili quidem fecit. Si autem Christum se esse diceret, calumniaretur eum contra decreta & leges Romanas & Cesaris agere, sine eorum authoritate, scitu & consensu, regium nomen sibi usurpando.

¶ Sic retribuunt ei mala pro bonis. Cum nō possint eum arguere de ullo peccato, quia peccatum nullum etiam minimum unquam, sed omnia bene fecit, nec ullus dolus inuētus sit in ore eius. *Iohan. 8. 1. Pet. 2. Ephe. 4. Col. 3. 4.*
 Quia omnis sermo qui ex ore eius processit, bonus fuit & in gratia sale conditus, qui ædificationem fidei & morum cum gratia, auditoribus præbuit. *Iohan. 10.*
 Multa proinde, imo infinita bona opera eis ex patre suo ostendit & fecit, & nunc cogitant & consulunt eum occidere, qui omnem ueritatē docuit eos. Ipse cogitauit cogitationes pacis & non afflictionis, peccata eorum dissimulauit, remisit, textit, nō imputauit. At illi tota die uerba gratiæ quæ ex ore illius procedebant, excreabantur, opera eius, quæ in deo fiebant, calūniabantur, & omnes cogitationes eorum erāt in malum. *Hier. 39. Psal. 59.*
 Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis uirgo Israel? Nam dixerunt: Venite & cogitemus contra Iesum cogitationem, percutiamus.

I. cum

108 PASSIO DOMINI NOSTRI

cū lingua nostra mēdaci, ueneno mortifero plena, & non attendamus ad uniuersos sermones eius. Ipse uoluit eos saluare in regnū suum cœlestē, & illi cogitant & consulunt quomodo morte turpissima possint eum iniuste cōdemnare. Sic detraxerūt sermonibus ueritatis, & ad increpandum & calumniandum solummodo eloquia concinnauerūt. Vnde ait apud Hieremiā ad patrem: Tu Dñe scis omne consilium eorū aduersum me in mortem. unde sequitur: Et ait illis, sine malitiæ eorū exprobratione, simplicissimā ueritatem, ut nullam in malitia sua haberent excusationem. Si uobis induratis, in reprobum sensum datis, qui nō uultis intelligere ut bene agatis, dixero ueritatē omnia uincentem, non creditis mihi, quia inimici ueritatis estis. Et sermo meus est uobis in opprobrium & in derisum tota die, & non suscipitis illum, sed eloquium meum blasphematis: Quia mēdadium posuistis spem uestram, & mendacijs uos protegitis, & fallitis nosmetipsos. Si autem interrogauero uos, ut ab errore uiarum uestrarum uos reuocem, ad iustitiam uos erudiam, & uos saluem, non respondebitis mihi, qui ueritatem uobis dico, & quæ salutis sunt uos doceo. Non respondebitis mihi, per ueritatis consensum & confessionem. Obstinatus namque in malo & mendax animus, ueritatis uinculis constrictus & uictus, exasperatur & tabescit potius in seipso, quam ueritatem confiteatur. Et dum non potest resistere rationibus, scommata effutit, & maculat ueritatis

IESV CHRISTI.

129

tis doctorem mendacijs excogitatis, neque dimittetis, innocentia mea & ueritate audita, quia uenistis in profundum malorum. Et ad uestræ cumulum damnationis, percussistis fœdus cum morte, & cum inferno fecistis pactum. Ideo neque deum amplius timetis, nec homines erubescitis, & absque ullo timore perpetratis mala. Falso putantes uos tenebras non uisuros, & impetu aquarum inundantium, non opprimendos iri. Sed spes uestra frustrabitur uos. Quia ex hoc autē, id est, postq̄ me in cruce exaltaueritis, & morte mea authorē mortis triumphauero, & Israel ex oibus iniquitatibus suis redemero, uictor ab inferis rediero, erit filius hominis, Marię uirginis, propter meritum passionis qua eum perdere putatis, sedens & imperans, a dextris uirtutis dei, post suam gloriosam ascensionem. Quasi dicat, Pater gloria & honore me coronabit, eo quod ei obediui usque ad mortem crucis. Et constituet super omnia opera manuum suarum. Inimicos uero meos scabellum ponet pedum meorum. Ego exaltabor, sicut Ioseph, sicut Mardocheus, sicut humilis Dauid, sicut innocens Daniel, & qui me persequuntur, odio iniquo gratis odiunt & querunt mortificare, confundentur, erunt ignobiles, uelut sterquilinum in fine perdentur. Tunc conuertetur dolus eorum in caput ipsorum, & in uerticem eorum iniquitas eorum descendet. Quia pater meus querit gloriam meā, & iudicabit eos qui me
 I n̄ persequuntur,

Proh. 19.

Esai. 28

Luce. 18.

Eccle. 8.

Iob. 22.

Psal. 129

Philip. 2.

Psal. 2.

Psal. 109

Iob. 20.

Psal. 7.

Iohan. 8.



130 PASSIO DOMINI NOSTRI

Psal. 97. persequuntur iniuste, cum iudicauerit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

Rom. 14. ¶ Ex his adparet, quod seruator non loquebatur de regno externo, sed interno, quod est iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Nō de temporali, sed de æterno. Ergo fraudati a desiderio suo, concludere uolunt, quod diuinū sibi arrogaret honorem. Vnde inferunt: Tu ergo es filius dei: uiui & ueri, naturalis, ex utero patris, ante secula genitus & ante luciferum. At hoc non sequitur ex uerbis Christi, cum omnium electorum sit sedere a dextris uirtutis dei. Verum, ut inique agerent, laborauerunt. Sed cum hoc uerum esset, noluit affirmare, nec negare soter noster, ne calumniandi ullam ansam eis præberet, ideo sequitur. Qui ait, mitissime & sapientissime respondēs, Vos, inimici mei capitales, dicitis, qui si ueritati testimonium perhibere uultis, ex operibus meis quæ ex patre meo ostendi uobis etiam hoc scitis, quia ego sum. Maluit enim se filiū dei probare, quā dicere, ut uerbum Christi, ueritas esset & uita.

Hier. 9

Matt. 25.

109.

Psal. 2.

Iohan. 10

Iob. 6

Sapie. 6.

Rom. 2

Nihilominus ex malitia sua, filij diaboli conclusērunt, subuertere nitētes amicū suū. At illi, furore perciti, dixerunt, sermonibus ueritatis detrahendo. quamuis ex eis nullus esset qui posset eum arguere. Quid adhuc desideramus testimonium, quo ipsum mortis reum cōuincamus, ipsi enim quibus data est a Domino potestas & uirtus ab altissimo. Qui scimus uoluntatem dei & probamus utiliora, (utinam non reprobaretis) Qui sumus duces cæcorum

corum, lumina eorum qui in tenebris sunt, eruditores insipientium, magistri infantium, habentes formam (sed non opera) scientiæ salutis & ueritatis, in lege, *audiuimus*, auribus nostris, *ex ore eius*. Et sic uoluerunt esse, & actores & testes, & accusatores, quia nec Ius, nec ratio, nec ueritas, nec iustitia ullum locum habebat apud eos. O insensati, quid aliud audiuitis ex ore eius, nisi uerba salutis & uitæ? Nisi testimoniū ueritatis? Nisi dei reuerentiam, qua erat colendus, non blasphemiam, qua erat crucifigendus. Sic falso loqui suscitatur contra faciem ueritatis, contradicētes ei. Sic mitis & humilis corde Christus, sensate ueritatis & sobrietatis uerba locutus est, & non est ei datus locus, insuper & arguitur. Sed uē illi qui contradicit factori suo, qui iudicat deum & respondet deo. Verum omnium audiuimus ad accusandum innocentem Christum concordem malitiā.

Iob. 10

Eccle. 13.

Esaiæ 49

Proū. 4

¶ *Et surgens omnis multitudo eorum, quæ mali non dormiunt, nisi cum malefecerint, & non rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. Recte quapropter dixerūt electi dei: Quare fremuerūt gentes, & populi meditati sunt inania. Astiterūt reges terræ, & principes conuenerunt in unum, aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim uere in ciuitate ista, aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua & consiliū tuum decreuerunt fieri, & uincientes eum, crudelissime*

Psal. 3.

Act. 4

I iij tāquam

133 PASSIO DOMINI NOSTRI

Ps. 5. tanquam latronē & pestilentem, sicut scriptū est: Fili hominis, Ecce data sunt super te uincula, & ligabunt te in eis & non egredieris.

Psal. 119. ¶ Sic retribuunt ei mala pro bonis. Ille dirupit uincula eorum. Soluit Ioseph de carcere, Danielē eduxit de lacu leonum, Abrahā de Vr Caldeorū.

Psal. 145. Iuxta illud: Dominus soluit compeditos. Sed ipsū ligant sicut ouem quæ ducitur ad uictimam. Sic Abraham filium suum colligauit, ac posuit eum super struem lignorum in altari.

Gene. 22. ¶ Dicunt doctores, hęc p̄fidiis Iudæis fuisse cōsuetudinē, quod nullū adduxerūt Præsidi ad condemnādū, nisi uinctum crudelissime, duxerunt illū uinctum et tradiderunt Pontio Pilato Præsidi. Ut auctoritate Pilati mala eorum uoluntas fieret, & ipsi innocentes a sanguine eius essent. ¶ Rursus ei mala pro bonis retribuunt. Nam deus liberauit eos misericoditer, de afflictionibus & potestate gentiū innumeris uicibus, ut ex serie totius ueteris testamenti notū est omnibus. Ipse liberauit eos

Judic. 7. (ut unū & alterū exēpli gratia referā) de grauissimo dominatu Pharaonis, de oppressione Madianitarū p̄ Gedeonē, De terroribus Sennacherib,

4. Re. 19. de captiuitate Babylonica, de cruatibus Antiochi, &c. Sed nūc semē nequā, filij scelerati, genimina uiperarū, liberatorem suū & patrē q̄ eos genuit, fecit & creauit, flagellandū, illudendū, conspuendū & crucifigendū, ligatū tradūt gētibus,

Matt. 16. sicut adsertor sc̄pius Apostolis dixit, anteq̄ fieret.

17. 20. ¶ Ter Dñs fuit ligatus. In horto, ut dicit Euangeliſta

Cohan. 18

gelista

gelista Iohannes. Et apud Annā, ut idem astruit. *Matt. 26.*
 Et hic ut *Matt.* astruūt & *Marcus.* Sed & uerosimile *Mar. 14.*
 est quod quarto ligatus fuit ad columnā dū flas
 gellabatur. Hic secū reputet anima deuota, quan
 tum coartabāt manus illas sacratissimas, quę for *Psal. 140*
 maauerūt cęlos, curabant oēm languorē, fugabāt
 dęmones, omne animal benedictiōe implent. Et
 certe eo durius cōstrinxerunt eas, q̄ eum q̄si ma
 leficum, & dęmoniū habentē, suis e manibus elabi, *Lec. 4.*
 (sicut fecit quādo uoluerūt eū p̄cipitare de altis
 simi montis apice ut collideretur. Et quādo uolus *Iohan. 8.*
 erunt eum lapidare in tēplo dei) magis timuerūt.
 Neque enim tam accurate trinam eius ligationē
 crudelissimam per Euangelistas spiritussanctus
 elocutus fuisset, nisi in his pœnam maximā & op
 probria horrenda fuisset perpessus. Tradiderunt
 ergo eum Pilato ligatum, tanquam Romanis de *Eccle. 7.*
 uoti legibus, & omne iudicium potestate Cęsarīs
 reseruauissent. Sic nequiter se humiliauerunt, cū *Eccle. 27*
 interiora eorū plena essent dolo. Sed inuidia di
 aboli patris eorum, qua mortem uitę ardebant &
 sitiebant, hoc fūco aridam malitiam eorū & dolo
 sitatem cooperiebat. Vnde magis executionē se
 uitę ab eo expetierūt, q̄ examinationem causę. *Psal. 140.*
 Nam offerebant agnum, duris nexibus uinctū, cor
 laphis & alapis frequētibus cesum, sputis adeo obs
 litū, quod nō est in plateis agnitus uultus eius, cla
 moribus p̄dāmnatum, ut inter tot p̄iudicia,
 quem uellent omnes perire, non auderet Pilatus
 absoluerē. Imo, nec in contrariū hiscere quidem.

134 PASSIO DOMINI NOSTRI

Iudic. 16. Ecce, adest Sāpſon ligatus a Dalila, traditus Phīſiſteis, hoc est, (Dominus uirtutum, uirtus patris, fortis & potens in prælio) Christus, a ſynagoga, gentibus incircuncifis. ¶ Sed quare non occiderunt eum in horto, uel in domo Annæ aut Caſyphæ occulte? Vel ut Stephanum manifeſte? Cū iuxta legem, omnis populus blaſphemum extra caſtra eductum, lapidare præcipiatur. Reſponſio. In publica confuſione omnem Chriſti æſtimatiſonem & gloriam (quæ magna erat) uolebant extinguerē. Et dum per alium morti fuiſſet ad iudicatus, ipſi in minimo mortis eius rei non eſſent, Et propter eandem cauſam, ipſi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, ſed ut manducarent, ab omni inquinamento corporis & animæ puri. Intacti ſicut ianua in balneo, & mundi ſicut pannus menſtruatę, *paſcha*, hoc eſt, agnū tyſpicum & panes azimos. Sed liquant culicem, impii Phariſei, & glutunt camelum. Nam habitaculo alieno timent contaminari, & non ſcelere proprio. Alienigenæ habitaculo Iudicis contaminari timebant, & fratris innocentiſ, imo filij dei, ueri hærediſ, Iudicis uiuorum & mortuorum, regiſ regum & Domini dominantium, fundere ſanguinem non expauerunt. ¶ Tunc uidens Iudaſ, mercator peſſimus. Hic Iudaſ traditoriſ deſcribitur confeſſio, cum ſuis circumſtantiſ tripliciter. Videlicet, in confeſſione Iudaſ uera, in diſſimulatiōe Iudaſorum iniqua, in cōfirmatione propheticā. Pœnitentia Iudaſ tangitur in dolore cordis,

in

in confessione oris, in satisfactione quadam operis. Tunc ergo, quando salus mūdi tradita fuit præ fidi, videns Iudas qui eum tradidit, ad differentiam Iudæ Tadgei, qui in isto scelere reus non fuit, quod condemnatus esset, Iesus in concilio Iudæorum, & ad occidendum traditus gentibus, ut per eos opere completeretur & manibus, quod ipsi iam cœperant linguis suis dolosis, & sermonibus odij cōcluserant. O Iuda omnium hominum sceleratissime, quare non aperuisti oculos tuos, priusquam tam horrendum scelus designasti? Quando humilis Iesus tibi pedes lauit, quando ex charitate sua nimia corpus suum & prætiosum sanguinem tibi dedit? Vel quando te terruit, dicens: Vg illi quem filius hominis tradetur. Bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille. Verū malorum omnium radix, cupiditas, tã dure funibus suis te constrinxerat, adeo te excœcauerat, adeo indurauerat, quod ad nullius uel dilectionis obsequium, uel comminationis tonitrum potuisti liquefieri, illuminari, terreri, & a concepto scelere reuocari. Sic diabolus ante perpetrationem scelerū, nihil periculi uel damnationis eis qui ei locum dant mentitur esse in suis cōsilijs & suggestionibus pessimis. Verum cum homo peccatum cōsummauit, tunc dimittit eum, subsannat eum, & exultat gaudio magno. Sic Adam post gustum fructus prohibiti, oculos primo aperuit, se erubuit, se abscondit & fugit & timuit. Sic Cayn reatus sui turpitudinem postquam innoxium sanguinem fudit, asp

Iohan. 13

1. Tim 6.

Gene. 3

Gene. 4

I V pexit

156 PASSIO DOMINI NOSTRI

Hebre. 12

1. Mat. 9

Luc. 15

Sapient. 5

Matt. 25

Luc. 23

1. Cor. 5

pexit fratres Ioseph in angustijs malitiæ suæ cō-
 fusionem primo confessi sunt mutuo. Profanus
 Esau, pro uilissimo cibo benedictionem suā uen-
 didit. Nec locū pœnitentię inuenit, quamnis cum
 rugitu magno & lachrymis eam inquisisset. Taceo
 impium Antiochum, qui orabat Dominum a quo
 misericordiam non est consecutus. Taceo diuites
 Epulonem, qui sero nimis oculos aperuit. Et adeo
 linceos oculos acquisiuit, quod Lazarum in sinu
 Abrahæ uidit, quem ante ianuam olim iacentem,
 intrans & exiens non intuebatur. Et omnes ma-
 lefactores cum ducuntur ad mortem, oculos aper-
 riunt, dolent, monent, sed nihilominus dignas sce-
 lerum suorum cruciatus pendere coguntur. Tunc
 frustra gemunt & insensatos se dicunt, & pœni-
 tebunt. Frustra ad ostium pulsant, & nomen Do-
 mini inuocant, non exaudiendi in æternum. Sed
 David, Manasses, Nabuchodonosor, Matthæus, Za-
 chæus, Magdalena, Publicanus, fornicator ille in-
 signis apud Corintheos, latro in cruce, in tempore
 acceptabili & in diebus salutis oculos aperuerunt,
 peccata sua confessi sunt, & dereliquerunt, ideo
 misericordiam sunt consecuti, & salutem animarum
 suarum reportauerunt. Ad Iudam reuertamur.
 Nam & ille pœnitentia infructuosa ductus est.
 Ecce dolor cordis uerus & magnus, sed infructu-
 osus, quia peccata non deleuit, misericordiam nō
 promeruit, quia sine spe uenire fuit. Et nō propter
 amorem dei, sed propter enormitatem peccati,
 & damnationem sui Sequitur iniusti lucri restitu-
 tio

elo & aliqualis satisfactio. Nam retulit triginta ar- *Mat. 6.*
 genteos. Ecce nihil de mercede & mammona ini-
 quitatis sibi retinuit, ne assem quidem. principio
 bus sacerdotum et senioribus, a quibus eos accepit *Psal. 51.*
 rat, dicens, & confitēs ore peccatum suum coram
 toto mundo, sine omni excusatione, palliarione &
 defensione: Peccaui. Nec contentus est in genere
 se dixisse peccasse, sed in specie exprimit scelus su- *Gene. 41*
 um, dicens, tradens sanguinem iustum. Et hæc om- *Psal. 26.*
 nia infructuosa sunt, propter uenig desperationē,
 cum diceret cū Cayn: Maior est iniquitas mea, q̄ *Sapie. 12*
 ut ueniam merear. Sed mētitur iniquitas. Maior *Heb. 12.*
 est dei misericordia, q̄ totius mundi delicta. Quia
 miseretur omnium, q̄ sperāt in misericordia eius.
 Et sanguis Christi pro eo clamasset ueniam, si in-
 uocasset dei abyssalem misericordiam.

¶ Iam ecce damnamus Iudam, horremus eius
 proditionem, grauis est nobis ad audiendum. Sed *Eccle. 9.*
 quotusquisque est, qui talem faciat pœnitentiam. *Prou. 2*
 Ecce non differt pœnitentiam de die in diem. Nō *Psal. 51.*
 lætatur in suo malefacto, non exultat in re tam *Psal. 140*
 pessima. Non gloriatur in malitia tali. Non de-
 clinat cor suum & os in uerba malitiæ, ut excu-
 sationes concinnat in hoc peccato. Non dicit, dis-
 abolus me decepit, ille me ad hoc induxit. Sed
 simpliciter & nude peccatum suum confiterur,
 aduersum se, dicens: Ego peccaui, ego inique *2. Re. 21.*
 egi. &c. Et quando usurarij, raptores, fures,
 impostores, circumuectores in negotijs, qui ab-
 lata non restituunt, pro damnis & dolis nō satisfac-
 ciunt,

138 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Jacobi. 4.* ciunt, salutem sperare possunt? Multi Iudam ma-
Psal. 43. ledicunt, cum ipsi eo sint peiores. Non dolent se
Psal. 51. peccasse, sed exultant in superbijs, luxurijs, impos-
 sturis, & peccatis suis, ac complacent sibi in ore
 suo. Non confitentur aduersum se iniustitias suas
 Domino. Non exprimunt singillatim peccata sua.
2. Cor. 7. Nec dignos faciunt pœnitentiæ fructus. Videlicet,
Galat. 6. hæc est tristitia secundum deum, quæ pœnitenti-
Psal. 35. tiam stabilem in salutem operatur. Deus non iri-
Sapi. 14. ridetur, sed fallitis uosmetipsos. Sic dolose agitis
 in conspectu dei, qui scrutatur corda & renes, ideo
 iniquitas uestra inuenitur uobis ad odiũ. Quia
 odio deo impius est, iniquus & dolosus, & impietas,
 iniquitas & dolus eius. Et si fecte coram sacerdote
 eiusmodi se humiliant, tamen uerba oris eorum iniquitas
 sunt sine malitia contra deum, & dolus contra proximum,
 & nolunt intelligere ut bene agant, ut uere pœniteant, a
 diaboli laqueis resipiscant, peccata sua derelinquant, & se
 ipsos saluos faciant. Insuper execramus, quod Christũ
 dei tradidit semel, cum nos id crebro faciamus sine
 omni timore & rubore. Deus charitas est, pax, iustitia,
 ueritas & salus. Vnde qui offendit contra charitatem,
 pacem turbat, operatur iniustitiam, mentitur, aut per
 dulces sermones & benedictiones seducit corda innocẽtum,
 fidem corrumpit, fascinat instabiles ne ueritati obediant.
 Qui scandalizat pusillos, ponit offendicula, infirmos in
 fide contristat, aut aliquid facit in quo proximus
 offenditur, scandalizatur, contristatur, infirmatur, aut

aut

aut perditur, talis est Iudas, & Iuda peior, eo quod ipse hæc crebro facit, quod Iudas semel. Calamū cohibeo, gratia breuitatis. Illius pœnitentia reprobat, eo quod sine spe misericordiæ fuit, ut summis labijs prius tetigi. Quia desperatio est peccatum in spiritum sanctum, quod non remittitur in hoc seculo, neque in futuro. Sed multi in eadem damnatione sunt. Nempe presumptuosi, qui non timent a iudicijs dei, & peccant sine timore, adijciunt peccata super peccata. Non pœnitent, nõ derelinquunt vias suas impias, sed in stereo core suo computrescunt. Et seipsos seducentes dicunt: Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Ipse dei filius, peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, liuore eius, & sola fide sanamur, iustificamur & saluamur, sine ullis operibus pœnitentiæ nostræ. Sic presumptio pessima, aridam cooperit malitiã, lætatur iniquos, laudat peccatores in desiderijs suis, & sceleratos benedicit, & decipit & ducit per vias non bonas, quæ ducunt ad infernũ. Sic insensati, duces cæcos sequuntur, & una pereunt caput & cauda. Sic mendacium ponunt spem suam. Nempe quod iniqui regnũ dei possidebunt. Et deus non reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia ipsorum, non disperdet eos. Et dicunt:

Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent. Siquidem edificantur facientes impietates, & tentantes deũ, salui fiunt, & bene est omnibus illis, & prosperantur &

aificantur.

Matt. 12

Luc. 11.

1. Iohã. 5

Eccle. 8

Esaie. 58

Iohelis. 1

Eccle. 5

1. Pet. 2

Eccle. 37

Psal. 9

Pro. 14

Matt. 15

Esaie. 9.

Esaie. 28

Psal. 93.

Malac. 8

Malac. 9

140 PASSIO DOMINI NOSTRI

Psal. 36. edificantur. Sed uide nouissima eorum, & uide quæ spes eorum frustratur. Quia Dominus subuertet eam a facie ignis, sic peribunt & pereunt in peccatis suis omnes peccatores a facie dei. De his satis in præsentiarum sequitur:

1. Reg. 2. ¶ At illi per malitiam excæcati, inimici omnis iustitiæ, in arcum prauum conuersi, filij Belial, nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum, dixerunt, de malo thesauro cordis sui mali: Quid ad nos? Obstinata pertinacia sacerdotum,

2. Tim. 2. qua uidentes Iudam pernitere, non sunt compuncti, non resipuerunt a diaboli laqueis, nec a concepta malitia diabolica destiterunt. Quid ad nos, si tu prodicionem commisisti, si sanguinem innocentem tradidisti? Si in cælum & deum deorum peccasti? Hoc curæ nobis non est. Nos nihil nobis conscij sumus. Nos innocentes manibus & mundo

Lucæ. 15.
Psal. 23.
Rom. 14 corde sumus. Tu uideris. Tu porta onus tuum Tu pro teipso rationem redde. Tu de præcio traditi

onis conuenisti nobiscum, accepisti præcium appropriate. Igitur retine tibi quod tuum est, quod uletro dedimus, nos retinebimus quem nobis uendidisti. O malitiosa induratio. Emisse se iusti & sancti sanctorum sanguinem, audiunt & sciunt, & tamen extra reatum se esse dicunt, & in uendentem scelus constituent. Nec intelligere uolunt, quod si peccauit ille qui tradidit sanguinem iustum, multo amplius peccauerunt qui emerunt, & præcium offerendo, discipulum ad prodicionem prouocauerunt.

Sed

¶ Sed uos conuenio o sacerdotes, est hoc nihil ad uos, quod Iudas contritus, confitetur peccatū suum? Est ne uestrum, peccatores reuertētes suscipere, pusillanimes consolari, præoccupatos in peccatis & delictis in spiritu lenitatis instruere, eos ab errore uiarum suarum cōuertere, animas eorum saluare a morte, & multitudinem peccatorum eorum operire? Est ne uestrum, cōsilia salutis eis dare, & quomodo ambulare & deo placere possint eis ostēdere? Sed estis pastores stulti, & idola, ideo derelicta non uisitatis, dispersa non quæritis, contrita non sanatis & egrotā. Infirmas oues non consolidatis, contractas non alligatis, abiectas non reducit, quæ perierant nō quæritis. Quia pascitis uosmetipsos, lac comeditis, lana operimini, quod crassum est, occiditis, & gem Domini non pascitis, eo quod non pertinet ad uos de ouibus, pro quibus Christus mortem gustauit.

¶ O Iuda, cur non ad patrem misericordiarum & deum omnis consolationis Christū Iesum cucurristi, qui uenit peccatores saluare ne perirent? Nostri quam benigne peccatores omnes recepit, quam dulciter eis loquebatur, quā clementer omnia peccata eis donauit, nihil impropers.

¶ Velsi ad matrē agni, uel aliquē Apostolorū iuises, consolati te fuissent in omni angustia, confirmassent in te charitatem, adeo quod abundantiori tristitia non fuisses absorptus a dracone infernali. Discant hic quique terrigenæ & filij hominū, simul in unum diuites & pauperes, quanti momenti

1. Tes. 1.
Galla. 6.
Iacobi. 5.

1. Tes. 4.
Zach. 11.
Eze. 34.

2. Cor. 1.
Luc. 9.

2. Cor. 13.
Psal. 48.

147 PASSIO DOMINI NOSTRI

- ti sit, bonum eligere & habere uirum, cui quis cōfiteatur. Quanti enim hodie, non consolati, non bene instructi in confessione, eunt a sacerdote sicut uenerunt, redeunt ad uomitum, & desperantes semetipsos, laqueo aut cupiditatis, aut impudicitiae se tradunt, aut ambitionis se catena suspendunt inter cœlum & terram. Videns autem Iudas, se in fabulam & derisum omnium factum, lapsus fuit in desperationem. Et proiectis argenteis in templum, unde recepti erant. Ecce restitutio iniusti lucri, recessit, a deo saluari suo, & abiens in uia Cayn, ab itinere recto in exterminium, laqueo se suspendit. Sic qui uolunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, & in desideria multa & inutilia & nocua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Hoc in Balam auaro claret, In Anania & Zaphira eius uxore. In diuite frumentario, cuius animam in proxima nocte cum in multos annos uitam uoluptatibus exuberantē, sibi fuisset pollicitus, dæmones ab eo repetebāt.
- 2. Pet. 2.** Taceo sceleratissimi Achitofel horribilē exitum.
- Sapie. 3.** Taceo similiter fastuosissimi Aman infelicē finē uitæ. At Iudas grauis peccauit desperando, quā
- 1. Tim. 6.** Christum tradendo. Nam ipsum tradendo, directe peccauit cōtra eius humanitatem, in qua minor est pater. Sed in desperatione, directe peccauit contra eius diuinitatem, in qua unum est cum patre. Quia contra infinitam, æternam & abyssalem misericordiae eius bonitatem. Interijt suspēdio, mercator infelix, ut se ostenderet cœlo tersaque

raque exofum. Qui non solum proditiōnis culpam emendare noluit, sed homicidij proprii scelus addidit, ut fieret supra modum peccans peccatum. ¶ Iuste etiam suspensus in aere interiit, dum guttur quo uox proditiōnis exierat, laqueo obstruxit & necauit. Et sic per quæ peccauit, per hæc & punitus fuit. Dignum etiam locum interitus quaesuit, ut qui hominum & Angelorum Dominum prodiderat, cælo & terra perofus, quasi aeris malis spiritibus sociandus, iuxta exemplum Achitofel, Aman, & Absolonis, in medio aeris periret. Digno etiam exitu & mors ipsa successit, ut uiscera quæ proditiōnem conceperant, rupta caderent, & in auras euoluerentur, cui fraudi, & proditiōni & culpæ, similis penæ mors reddita est. Merito etiam per sedem doli, uiscera funduntur, non per os, locum osculi, quo osculatus erat filiū dei, quæuis falsa superficie, sed per aluum, cui uirus occultæ malitiæ inerat. Sic igitur Iudas, digna factis suis suscepit. Et sicut fecit Christo, fecit & sibi ipsi. Quia gladius eius intrauit in cor suum.

¶ Principes autem sacerdotum, qui in hac impietate erant primi & antesignani, dixerunt, eadem impietate, qua primo eos dederant, acceptis argenteis, Non licet eos mittere in carbonam, hoc est, in reueratorium oblationum, quia præcium sanguinis est. Quia uictimæ impiorum, abominabiles sunt Domino. Et iterum: Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata, & non sunt beneplacitæ subsanationes iniustorum. Sed culicem liquatis sceleras

K. iustim,

Rom. 7.

Sapic. 1.

Luc. 23.

Psal. 36.

Proib. 15.

Eccle. 34.

Matt. 23.

144 PASSIO DOMINI NOSTRI

rissimi, & glutitis camelum. Si non licet eos in car-
bonam mittere, quo iure licet tunc uobis innocen-
tem sanguinem effundere & damnare? O mentis
ta sanctitas, & iustitia sacerdotum. Conscientia
capit, quod templi arca non recipit. Refutatur il-
lius sanguinis taxatio, cuius non horretur effusio.
Quantislibet uos circumtegatis mendaciorum um-
braculis, manet initum cum traditore, commertis

- Matt. 7.** um, quod iustum sanguinem sicut non licuit com-
Luce. 20 parauit. Quantumlibet uos ouium uestimentis
Matt. 23 tegatis, intus tamen estis lupi rapaces. Quantum-
Hiere. 17 libet foris uos iustos simulatis, & instar sepulchro-
Psal. 5 rum mortuorum, paretis hominibus speciosi, bos-
Luce. 18. ni & sancti, intus tamen pleni estis hypocrisis &
Johan. 8. omni malitia & iniquitate. Et Dominus cordium
scrutator & reum, utique scit quod non est in
ore uestro ueritas, & quod cor uestrum uanum
est. Consilio itaque inito, qualiter se iustos simulas-
rent, quod non erant, & Dominum reum morte
ostenderent, cum de nullo peccato eum in ueritas
Iob. 33. te accusare possent, emerunt ex eis agrum figuli.
Esa. 64 Vel quia possessio erat cuiusdam figuli. Vel terra
1. Cor. 6. agri illius apta erat, ut ex ea uasa in usus uarios
1. Pet. 1. fingerentur. Hoc nescientibus Iudais, & signante
spiritu sancto, quod homines ficti ex luto (iuxta illud
Ecce, & me, sicut & te fecit deus, & de eodem
quoque luto formatus sum. Et iterum: Pater nos-
ter es tu, nos uero lutum, & fictor noster tu, & os-
pera manuum tuarum omnes nos) empti sunt pra-
cio magno, sanguinis Christi, in sepulturam pere-
grinorum.

minorum. Eorum uidelicet, qui non habent hic
 manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt, cuius
 artifex & conditor est deus. In illa iam con-
 scripti sunt ciues sanctorum & domestici dei, in
 hac tamquam aduenæ & peregrini ambulant, &
 cupiunt dissolui & esse cum Christo. Nostri tem-
 poris heretici, in usum proprium hanc pecuniam
 expenderent. Peiores item Iudæi, qui ecclesiæ ab-
 lata non restitunt ipsi, nec suos ad hoc exhorta-
 tur. Propter hoc uocatus est ager ille *acheldemach*,
 hoc est, ager sanguinis usque in hodiernum diem. Ut
 esset perpetuum monumentum & execratio nos-
 tris Christi. Sed deus totum conuertit in bonum,
 & laudem Iesu Christi, ac nostram salutem, quod
 Iudæi ad Christi ignominiam & confusionem cogi-
 tabant. Quia sapientiam dei, non potuit uincere
 re malitia perfidorum Iudæorum. Tunc adimple-
 tum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam,
 dicentem. Hieronimus & Origenes dicunt, hoc non
 inueniri in Hieremie prophetia quam nos legimus,
 sed in Hieremie apocriphis. Vide doctores. Nec
 expedit coram plebe hac de re longum texere
 sermone. Sensus uerborum istorum Zachariæ,
 secundo habetur. Et acceperunt triginta argenteos,
 preciam apreciati quem sacerdotes appreciauerunt
 a filiis Israel, assumptum, non ab alienigenis, quia
 minus esset inconueniens, si hoc fecisset alienigena,
 et dederunt eos in agrum figuli, sicut mihi confituit Do-
 minus, hoc est, ex reuelatione sua precepit mihi Dominus.

¶ Ar nunc cum Evangelistis ad historię persecutionē,
 K ij unde

Hebre. 11.
 Hebr. 12.
 2. Cor. 5.
 Philip. 1.

Gene. 50.

Sapie. 7.

146 PASSIO DOMINI NOSTRI

unde digressi sumus, reuertamur. Mane igitur factio, festinabāt ut sanguinem innoxium funderēt. Et in suo concilio malignantium, damnatum adduxerunt uinctum, in prætorium, & tradiderunt Pontio Pilato Præfidi. Et ipsi sanctuli ficti, non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut mundi foris, Pascha, hoc est, azymos panes manducarent. Sic speciem pietatis prætulerunt, sed uirtutis illius prorsus expertes. Nec ullum eius signum in se ostendere ualentes. Pilatus, hæros nobilis, prudens & sapiens, sciens leges ac iura maiorum, Iudæam strenue rexit, Præses & Iudex. Pontius dictus erat a Ponto terra maritima nobili. Prætorium eius ædes uocabantur, more Romanorum. Prætor uero, Iudex est. Pilatus ergo susceptioni Iudæorum deferebat, qua ex ingressu domus hominis gentilis contaminari timebant, interim nihil pensi habentes, effusionem sanguinis iusti. At quid hac puritate impurius? quid hac sanctitate scelestius? Quid hac pietate execrabilius? Quid hac iustitia iniustius & damnabilius? Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit eis, quæ mortem Christi sitiebant: Quam accusationem ueram & iustam, affertis aduersus hominem hunc, sic ligatum ut malefactorem & omnium malorum hominum pestilentissimum, ac ipsa uita indignum? Et obserua, quod dicit hominem, non malefactorem, quia nemo debet condemnari, antequam de malitia & nequitia iusto iuris ordine fuerit cōuictus. Et Prætoris est, de accusati facinoribus & causis quæ igno-

2. Tim. 3

Sapi. 5.
Hesd. 2.

Job. 29.

rat un

rat inquirere diligentissime. Et cognita ueritate,
 nocentes iuxta mensuram delictorum, percutere,
 & pro innocentibus liberandis de manibus persecutorum & affligentium laborare, ac agonizare usque ad mortem. Nulla enim uia iusti & innocentes sunt condemnandi ad mortem, aut interficiendi aut affligendi, sub pœna maledictionis æternæ, nec noxij sunt dimittendi. Nec in iustitiæ iudicij Iudices populi ob ullius gratiam, amicitiam, potentiam, munera, aut odium deflectere debent, ut à uero deuiant. Nam quicquid iudicant, in caput ipsorum redundat, siue bonum id fuerit, siue malum. Nec uocem mendacij suscipere debet, nec sequi turbam ad faciendum malum, neque in iudicio plurimorum acquiescere sententiæ, ut à uero deuiant. Hoc docet ratio & lex naturæ, humanis impressa mentibus, ut quod nolumus fieri nobis, alijs nõ faciamus. Et gentes legē dei scriptā nõ habentes (qualis Pilatus erat) naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt. Ideo non curauit Pilatus, quod uinctū adduxerant Iesum, tanquam reum mortis. Pro nihilo item habuit, quod omnis turba populi eum crucifigendum & morte turpissima condemnandum conclamauit. Sed iuxta consuetudinē, & Romanorum leges, noluit Christum damnare, donec audisset utramque partem. Accusatores uidelicet & locum defendendi dedisset Christo, ad abluenda crimina quæ ei obijciiebantur. Sic & lex dei non iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat. Hæc secum reputans Pilatus, nis

Deut. 25.

Eccle. 4.

Prou. 24.

Exod. 23.

Dau. 12.

Deut. 27.

2. PAR. 19.

Exod. 23.

Psal. 4.

Tob. 4.

Rom. 2.

Act. 25.

Iohā. 7.

K ij hij

148 PASSIO DOMINI NOSTRI

1. Tim. 5. nihil sine præiudicio facere uoluit, in alterâ partē
 declinando. Ideo dixit: Quā accusationem adfer-
 tis aduersus hominem hunc? Responderunt, uiri
 Iohan. 8. sanguinum & dolosū, pro ut spiritus mendax das
 bat eloqui illos, qui est accusator fratrum, & homici-
 da ab initio Et dixerunt ei. Nihil mali habentes
 de illo dicere, sed sibi sua autoritate fidem dari
 uolētes. Si non esset hic malefactor, homo pestilens
 & omnium iniquissimus, non tibi, condemnandū
 ad mortem, citra omnem inquisitionem & discus-
 sionem, tradidissimus eum, nos qui legis diuine ze-
 latores sumus, & æqui iustique amatores. Male-
 factor insignis & publicus est, cui propter euidēs
 etiam malefactorum, excusationis uel defensionis
 locus non debet dari. Nos tantę religionis sumus
 & autoritatis, quod nefas est de nostris factis &
 uerbis dubitare. Sed iustior apellis istis, allophy-
 lus erat Pilatus. Dixit ergo eis, qui sic gloriaban-
 tur in lege, quam nullus eorum seruabat, Pilatus,
 iustitias legis custodiens, arguens præuaticatores
 legis. Sed mentitur iniquitas sibi. Vos prius testis
 monium illi perhibuistis, quod omnia benefecit.
 Iohan. 7. Roma. 2. Mar. 7. Iohan. 7. Et si uolueritis dicere, quod turba quæ non nouit
 Psal. 62. legem, quæ maledicta est, hæc uerba dixit. Tunc
 interrogentur & ora uestra maledica & menda-
 cia, iniqua loquētia obseruant, & facies uestras p-
 frictas confundant, qui sua beneficia in se experti
 sunt. Respōdeant a spiritibus immundis liberati,
 a morte resuscitati, a lepra mundati, a uarijs lan-
 guoribus (quorum infinitus est numerus) curati.

Nempc

Nempe cæci uidentes, claudi ambulâtes, &c. *Job. 5.*
 lefactor sit an benefactor? Pilatus uero nihil *Iohan. 19*
 de malefactis Iesu sciebat. Imo, fama publica di- *Actu. 10.*
 uulgante nouit, quod fecit magna & inscrutabilia *Matt. 4.*
 & mirabilia opa quæ nemo alius fecit, nec potuit *Lucæ. 4.*
 facere, & præstiterat benefaciendo & sanando oēs op- *Matt. 27*
 pressos a diabolo, & sanauerat oēs languores, & *Sapient. 9*
 oēs infirmitates in populo. Ideo nullâ fidẽ calu-
 nijs falsis Iudeorũ dedit. Sciebat etiã quod p̄ in-
 uidiã tradidissent eũ, eo quod impropèrasset eis
 peccata legis, & erat contrarius opibus eorũ di-
 abolicis, & diffamasset in eos peccata disciplinæ
 eorum. Vnde quasi excusans Christum, & execrãs
 horrensq; malitiã eorum & odium iniquũ, quo
 oderunt eum gratis, dixit eis Pilatus: *Iohan. 18*
Accipite eum nos, & secundum legem uestram, quam ego nec uidi
 nec p̄li facio, si optime meritum de uobis, & inno-
 centem hunc iubet occidi, iudicate eum, & nolite
 super me sanguinem iusti huius introducere, aut
 super proles meas. Si sufficit uestra examinatio, *Actu. 6.*
 sufficiat & uestra sententia & condemnatio. Leges
 gentium talem iniustitiã & peruersitatẽ,
 non ferũt, nec item ratio humana huiusmodi sus-
 fert ausum iniquum. Dixerũt ergo Iudæi, ex uerbis
 istis exulcerati magis quam erant, cum cerne-
 rent Pilatum laborare pro eius liberatione, &
 eum excusare: Nobis non licet interficere quem-
 quam. Sed quid est quod clamat insana crudelitas?
 An non licet uobis interficere quemquam?
 An nõ interfecistis, quẽ ut crucifigeretur re petitis

K iij uocibus

150 PASSIO DOMINI NOSTRI

uocibus clamastis? Et quid est quod dixistis, nobis non licet interficere quemquam? Metimini in colorem uestrum, cum iusserit Pilatus ut secundum legem uestram eum iudicetis. Lex autem homicidas, adulteros, blasphemos, & id genus multos malefactores occidere præcipit uel lapidare. Sed rursus uos semen Canaan, & filios Belial, non Iuda, percunctor, Non occidistis eum, quem comprehendistis ut latronem, proclamastis malefactorem, crucifigi postulastis, ut deo abominabile, & omnibus hominibus nocentem? Et si hæc pro nihilo habetis, uirum secundum cor dei audite, quod in spiritu dixerit de uobis: Filij hominum (& non dei) dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Vos exacuistis ut gladios linguas uestras, intendistis arcum uestrum, pro sagittis uersa odij emittentes amara, ut sagittaretis occulte immaculatum Christum, qui peccatum nullum fecit, nec ullus dolus inuentus est in ore eius. Subito sagitastis eum, in multis eum accusando, & non timuistis deum. Sed gladius iste intrauit in cor uestrum, & arcus iste uester est infirmatus & confractus. Ut sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Crebro namque prædixit discipulis suis, quod tradendus erat gentibus, ad illudendum, flagellandum, conspuendum & crucifigendum. ¶ Videntes ergo Iudæi, quod in omnem legem peccabant. Nempe diuinam, naturalem & humanam, & quod Pilatus sine probatione sufficienti, Christum noluit condemnare ad mortem,

tem, ut ad mentiendum propensi & inuerecundi
 erant, de triplici legis transgressione arguunt
 & mendaciter accusant Christum. *Cœperunt autem,*
 filij diaboli, filium dei uiui, mali bonum, nocēs
 tes innocentem, illum accusare, in his quæ maxime
 Iudicem mouere sperabant, & exacerbare con-
 tra Christū, dicentes, ex malo thesauro cordis sui
 mali: Hunc, ex maximo odio non nominant eum,
 inuenimus per perfectam ueritatis inquisitionem,
 subuertentem gentem nostram, à legis diuinæ nobis
 datæ obseruantia, populum auertentem. Sed
 mentiuntur. Quia non uenit legē soluere, sed ad
 implere, declarare & consummare. Atque eam us-
 que ad mortem seruauit. Aliud mendacium de uis-
 olatione legis naturæ, (iuxta quam moderatoris
 bus reipublicæ & potestate præditis, debentur
 stipendia necessaria pro statu sue & uita) adsuunt,
 dicentes, & prohibentem tributa dari Cæsari. Et
 hic frons mulieris meretricis facta est eis, nesci-
 unt & nolunt erubescere. Ipse deo quæ dei, & Cæs-
 sari quæ Cæsaris esse reddenda docuit. Et id ipsum
 per Apostolos suos, Petrum & Paulum, inculcat.
 Tertio accusant eum de transgressione legis hu-
 manæ & imperiali, dum regnum Iudæorum sibi
 uoluit usurpare, quia dixit se Christum, hoc est, un-
 ctum, Regem esse Iudæorum. Hic rursus mentitur
 iniquitas sibi Nam dum populus uoluit eum raper-
 re in Regem, fugit. Quia non uenit ministrari, sed
 ministrare. Sic mendacijs maculant eum, qui uer-
 ritatem docuit & fecit, sicut à patre suo mens

K v dace

148 PASSIO DOMINI NOSTRI

- ti sit, bonum eligere & habere uirum, cui quis cōfiteatur. Quanti enim hodie, non consolati, non bene instructi in confessione, eunt a sacerdote sicut uenerunt, redeunt ad uomitum, & desperantes semetipsos, laqueo aut cupiditatis, aut impudicitiae se tradunt, aut ambitionis se catena suspendunt inter cœlum & terram. Videns autem Iudas, se in fabulam & derisum omnium factum, lapsus fuit in desperationem. Et proiectis argenteis in templum, unde recepti erant. Ecce restitutio iniusti lucri, recessit, a deo salutaris suo, & abiit in uia Cayn, ab itinere recto in exterminium, laqueo se suspendit. Sic qui uolunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, & in desideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Hoc in Balam auaro claret, In Anania & Zaphira eius uxore. In diuite frumentario, cuius animam in proxima nocte cum in multos annos uitam uoluptatibus exuberantē, sibi fuisset pollicitus, daemones ab eo repetebāt.
- 2. Pet. 2.** Taceo sceleratissimi Achitofel horribile exitum.
- Sapie. 3.** Taceo similiter fastuosissimi Aman infelicē finē uitæ. At Iudas grauis peccauit desperando, quæ
- 2. Tim. 6.** Christum tradendo. Nam ipsum tradendo, directe peccauit cōtra eius humanitatem, in qua minor est patre. Sed in desperatione, directe peccauit contra eius diuinitatem, in qua unum est cum patre. Quia contra infinitam, æternam & abyssalem misericordiae eius bonitatem. Interijt suspēso, mercator infelix, ut se ostenderet cœlo terraque

raque exosum. Qui non solum proditionis culpam emendare noluit, sed homicidij proprii scelus addidit, ut fieret supra modum peccans peccatum. Iuste etiam suspensus in aere interiit, dum guttur quo uox proditionis exierat, laqueo obstruxit & necauit. Et sic per quæ peccauit, per hæc & punitus fuit. Dignum etiam locum interitus quaesuit, ut qui hominum & Angelorum Dominum prodiderat, cælo & terra perosus, quasi aeris malis spiritibus sociandus, iuxta exemplum Achitofel, Aman, & Absolonis, in medio aeris periret. Digno etiam exitu & mors ipsa successit, ut uiscera quæ proditionem conceperant, rupta caderent, & in auras euoluerentur, cui fraudi, & proditioni & culpæ, similis penæ mors reddita est. Merito etiam per sedem doli, uiscera funduntur, non per os, locum osculi, quo osculatus erat filium dei, quas uis falsa superficie, sed per aluum, cui uirus occultæ malitiæ inerat. Sic igitur Iudas, digna factis suis suscepit. Et sicut fecit Christo, fecit & sibi ipsi. Quia gladius eius intrauit in cor suum.

Principes autem sacerdotum, qui in hac impietate erant primi & antesignani, dixerunt, eadem impietate, qua primo eos dederant, acceptis argenteis, Non licet eos mittere in carbonam, hoc est, in reueruatorium oblationum, quia præcium sanguinis est. Quia uictimæ impiorum, abominabiles sunt Domino. Et iterum: Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata, & non sunt beneplacitæ subsanationes iniustorum. Sed culicem liquatis sceleras

K rissimi,

Rom. 7.

Sapic. 1.

Luc. 23.

Psal. 36.

Prok. 25.

Eccle. 34.

Matt. 23.

144 PASSIO DOMINI NOSTRI

rissimi, & glutitis camelum. Si non licet eos in car-
bonam mittere, quo iure licet tunc vobis innocen-
tem sanguinem effundere & damnare? O mentis
ta sanctitas, & iustitia sacerdotum. Conscientia
capit, quod templi arca non recipit. Refutatur il-
lius sanguinis taxatio, cuius non horretur effusio.
Quantislibet vos circumtegatis mendaciorum
braculis, manet initum cum traditore, commertis

- Matt. 7.** um, quod iustum sanguinem sicut non licuit com-
Lucæ. 20 paravit. Quantumlibet vos ovum uestimentis
Matt. 23 tegatis, intus tamen estis lupi rapaces. Quantum-
Hiere. 17 liber foris vos iustos simulatis, & instar sepulchro-
Psal. 5 rum mortuorum, paretis hominibus speciosi; boni
Lucæ. 18. & sancti, intus tamen pleni estis hypocrisis &
Johan. 8. omni malitia & iniquitate. Et Dominus cordium
scruator & renum, utique scit quod non est in
ore uestro veritas, & quod cor uestrum uanum
est. Consilio itaque inito, qualiter se iustos simulap-
rent, quod non erant, & Dominum reum morte
ostenderent, cum de nullo peccato eum in veritas
Job. 33. te accusare possent, emerunt ex eis agrum figuli.
Esaï. 64 Vel quia possessio erat cuiusdam figuli. Vel terra
1. Cor. 6. agri illius apta erat, ut ex ea uasa in usus varios
1. Pet. 1. fingerentur. Hoc nescientibus Iudæis, & signante
spiritu sancto, quod homines ficti ex luto (iuxta illud
Ecce, & me, sicut & te fecit deus, & de eodẽ
quoque luto formatus sum. Et iterum: Pater nos-
ter es tu, nos uero lutum, & fictor noster tu, & os
pera manuum tuarum omnes nos) empti sunt pra-
cio magno, sanguinis Christi, in sepulturam peregrinorum.

trinorum. Eorum uidelicet, qui non habent hic
 manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt, cuius
 artifex & conditor est deus. In illa iam con-
 scripti sunt ciues sanctorum & domestici dei, in
 hac tamquam aduenæ & peregrini ambulant, &
 cupiunt dissolui & esse cum Christo. Nostri tem-
 poris heretici, in usum proprium hanc pecuniam
 expenderent. Peiores item Iuda, qui ecclesie ab-
 lata non restitunt ipsi, nec suos ad hoc exhortan-
 tur. Propter hoc uocatus est ager ille acheldemach,
 hoc est, ager sanguinis usque in hodiernum diem. Ut
 esset perpetuum monumentum & execratio no-
 minis Christi. Sed deus totum conuertit in bonum,
 & laudem Iesu Christi, ac nostram salutem, quod
 Iudæi ad Christi ignominiam & confusionem cogi-
 tabant. Quia sapientiam dei, non potuit uincere
 re malitia perfidorum Iudæorum. Tunc adimple-
 tum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam,
 dicentem. Hieronimus & Origenes dicunt, hoc non
 inueniri in Hieremiæ prophetia quam nos legimus,
 sed in Hieremiæ apocriphis. Vide doctores. Nec
 expedit coram pileata plebe hac de re longum texere
 sermone. Sensus uerborum istorum Zachariæ,
 secundo habetur. Et acceperunt triginta argenteos,
 precium apreciati quem sacerdotes appreciauerunt
 a filiis Israel, assumptum, non ab alienigenis, quia
 minus esset inconueniens, si hoc fecisset alienigena,
 et dederunt eos in agrum figuli, sicut mihi constituit Do-
 minus, hoc est, ex reuelatione sua precepit mihi Dominus.

¶ At nunc cum Euangelistis ad historię persecutionē,

K ij unde

Hebre. 11.
 Hebr. 12.
 2. Cor. 5.
 Philip. 1.

Gene. 50

Sapie. 7.

146 PASSIO DOMINI NOSTRI

unde digressi sumus, reuertamur. Mane igitur facto, festinabāt ut sanguinem innoxium funderēt. Et in suo concilio malignantium, damnatum adduxerunt uinctum, in prætorium, & tradiderunt Pontio Pilato Præfidi. Et ipsi sanctuli ficti, non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut mundi foris, Pascha, hoc est, azymos panes manducarent. Sic speciem pietatis prætenderunt, sed uirtutis illius prorsus expertes. Nec ullum eius signum in se ostendere ualentes. Pilatus, hæros nobilis, prudens & sapiens, sciens leges ac iura maiorum, Iudæam strenue rexit, Præses & Iudex. Pontius dictus erat a Ponto terra maritima nobili. Prætorium eius ædes uocabantur, more Romanorum. Prætor uero, Iudex est. Pilatus ergo susceptioni Iudæorum deferrebat, qua ex ingressu domus hominis gentilis contaminari timebant, interim nihil pensi habentes, effusionem sanguinis iusti. At quid hac puritate impurius? quid hac sanctitate scelestius? Quid hac pietate execrabilius? Quid hac iustitia iniustius & damnabilius? Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit eis, quod mortem Christi sitiebant: Quam accusationem ueram & iustam, affertis aduersus hominem hunc, sic ligatum ut malefactorem & omnium malorum hominum pestilentissimum, ac ipsa uita indignum? Et obserua, quod dicit hominem, non malefactorem, quia nemo debet condemnari, antequam de malitia & nequitia iusto iuris ordine fuerit cōuictus. Et Prætoris est, de accusati facinoribus & causis quæ igno-

3. Tim. 3

Sapi. 5.
Hesd. 2.

Job. 29

rat un

rat inquirere diligentissime. Et cognita ueritate nocentes iuxta mensuram delictorum, percutere, & pro innocentibus liberandis de manibus persecutorum & affligentium laborare, ac agonizare usque ad mortem. Nulla enim uia iusti & innocentes sunt condemnandi ad mortem, aut interficiendi aut affligendi, sub pœna maledictionis æternæ, nec noxi sunt dimittendi. Nec in iustitiæ iudicijs Iudices populi ob ullius gratiam, amicitiam, potentiam, munera, aut odium desistere debent, ut à uero deuiant. Nam quicquid iudicant, in caput ipsorum redundat, siue bonum id fuerit, siue malum. Nec uocem mendacii suscipere debet, nec sequi turbam ad faciendum malum, neque in iudicio plurimorum acquiescere sententiæ, ut à uero deuiant. Hoc docet ratio & lex naturæ, humanis impressa mentibus, ut quod nolumus fieri nobis, alijs nõ faciamus. Et gentes legē dei scriptā nõ habentes (qualis Pilatus erat) naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt. Ideo non curauit Pilatus, quod uinctū adduxerant Iesum, tanquam reum mortis. Pro nihilo item habuit, quod omnis turba populi eum crucifigendum & morte turpissima condemnandum conclamauit. Sed iuxta consuetudinē, & Romanorum leges, noluit Christum damnare, donec audisset utramque partem. Accusatores uidelicet & locum defendendi dedisset Christo, ad abluenda crimina quæ ei obijciēbātur. Sic & lex dei non iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat. Hæc secum reputans Pilatus, nisi

Deut. 25.

Eccle. 4.

Prou. 24

Exod. 23

Dani. 13.

Deut. 27

2. Par. 19

Exod. 23.

Psal. 4.

Tob. 4.

Rom. 2.

Act. 25.

Iohā. 7.

148 PASSIO DOMINI NOSTRI

1. Tim. 5.

Iohan. 8.

Iohan. 7.

Roma. 2.

Mar. 7.

Iohan. 7.

Psal. 62.

nihil sine præiudicio facere uoluit, in alterâ partē declinando. Ideo dixit: Quā accusationem adferatis aduersus hominem hunc? Responderunt, uiri sanguinum & dolosus, pro ut spiritus mendax dabat eloqui illos, qui est accusator fratrum, & homicida ab initio Et dixerunt ei. Nihil mali habentes de illo dicere, sed sibi sua autoritate fidem dari uolentes. Si non esset hic malefactor, homo pestilens & omnium iniquissimus, non tibi, condemnandū ad mortem, citra omnem inquisitionem & discussionem, tradidissimus eum, nos qui legis diuine zelatores sumus, & æqui iustique amatores. Malefactor insignis & publicus est, cui propter euidētiam malefactorum, excusationis uel defensionis locus non debet dari. Nos tantę religionis sumus & autoritatis, quod nefas est de nostris factis & uerbis dubitare. Sed iustior apellis istis, allophylus erat Pilatus. Dixit ergo eis, qui sic gloriabantur in lege, quam nullus eorum seruabat, Pilatus, iustitias legis custodiens, arguens præuaricatores legis. Sed mentitur iniquitas sibi. Vos prius testimonium illi perhibuistis, quod omnia bene fecit. Et si uolueritis dicere, quod turba quæ non nouit legem, quæ maledicta est, hæc uerba dixit. Tunc interrogentur & ora uestra maledica & mendacia, iniqua loquētia obseruant, & facies uestras perfrictas confundant, qui sua beneficia in se experti sunt. Respōdeant a spiritibus immundis liberati, a morto resuscitati, a lepra mundati, a uarijs languoribus (quorum infinitus est numerus) curati.

Nempc

Nempe cæci uidentes, claudi ambulâtes, &c. malefactor sit an benefactor? Pilatus uero nihil de malefactis Iesu sciebat. Imo, fama publica diuulgante nouit, quod fecit magna & inscrutabilia & mirabilia opa quæ nemo alius fecit, nec potuit facere, & præstierat benefaciendo & sanando oēs oppressos a diabolo, & sanauerat oēs languores, & oēs infirmitates in populo. Ideo nullâ fidē calūnijs falsis Iudæorū dedit. Sciebat etiã quod pro inuidiam tradidissent eū, eo quod impropèrasset eis peccata legis, & erat contrarius opibus eorū diabolicis, & diffamasset in eos peccata disciplinæ eorum. Vnde quasi excusans Christum, & execrâs horrensque malitiam eorum & odium iniquū, quod oderunt eum gratis, dixit eis Pilatus: Accipite eum nos, & secundum legem uestram, quam ego nec uidi nec pili facio, si optime meritum de uobis, & innocentem hunc iubet occidi, iudicate eum, & nolite super me sanguinem iusti huius introducere, aut super proles meas. Si sufficit uestra examinatio, sufficiat & uestra sententia & condemnatio. Leges gentium talem iniustitiam & peruersitatem, non ferūt, nec item ratio humana huiusmodi suffert ausum iniquum. Dixerūt ergo Iudæi, ex uerbis istis exulcerati magis quam erant, cum cernerent Pilatum laborare pro eius liberatione, & eum excusare: Nobis non licet interficere quemquam. Sed quid est quod clamat insana crudelitas? An non licet uobis interficere quemquam? An nō interfecistis, quæ ut crucifigeretur re petitis

K iij uocibus

Iob. 5.

Iohan. 19

Act. 10.

Matt. 4.

Luca. 4.

Matt. 27

Sapient. 2

Iohan. 28

Act. 5.

150 PASSIO DOMINI NOSTRI

Dani. 13. uocibus clamastis? Et quid est quod dixistis, nobis
 non licet interficere quemquam? Metimini in colu-
 lum uestrum, cum iusserit Pilatus ut secundum legem
 uestram eum iudicetis. Lex autem homicidas, adulteros,
 blasphemos, & id genus multos malefactores occidere
 præcipit uel lapidare. Sed rursus uos semen Canaan,
 & filios Belial, non Iuda, percunctor, Non occidistis eum, quem comprehendistis
 ut latronem, proclamastis malefactorem, crucifigi postula-
 stis, ut deo abominabilẽ, & omnibus hominibus nocentem? Et si hæc pro
 nihilo habetis, uirum secundum cor dei audite, quod
 in spiritu dixerit de uobis: Filij hominum (& non dei)
 dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum
 gladius acutus. Vos exacuestis ut gladios linguas
 uestras, intendistis arcum uestrum, pro sagittis uerba
 odij emittentes amara, ut sagittaretis occulte
 immaculatum Christum, qui peccatum nullum fecit,
 nec ullus dolus inuentus est in ore eius. Subito
 sagitastis eum, in multis eum accusando, & non timuistis
 deum. Sed gladius iste intrauit in cor uestrum,
 & arcus iste uester est infirmatus & confractus.
 Ut sermo Iesu impleretur quem dixit, significans
 qua morte esset moriturus. Crebro nam prædixit
 discipulis suis, quod tradendus erat gentibus, ad
 ludendum, flagellandum, conspuendum & crucifigendum.
 ¶ Videntes ergo Iudæi, quod in omnem legem peccabant.
 Nempe diuinam, naturalem & humanam, & quod Pilatus
 sine probatione sufficienti, Christum noluit condemnare ad mortem,
 tcm,

tem, ut ad mentiendum propensi & inuerecundi
 erant, de triplici legis transgressione arguunt **Matt. 16.**
 & mendaciter accusant Christum. Cœperunt aut
 tem, filij diaboli, filium dei uiui, mali bonum, nocēs
 tes innocentem, illum accusare, in his quæ maxime
 Iudicem mouere sperabant, & exacerbare con- **Matt. 12.**
 tra Christū, dicentes, ex malo thesauro cordis sui
 mali: Hunc, ex maximo odio non nominant eum,
 inuenimus per perfectam ueritatis inquisitionem,
 subuertentem gentem nostram, à legis diuinæ nobis
 datæ obseruantia, populum auertentem. Sed **Matt. 5.**
 mentiuntur. Quia non uenit legē soluere, sed ad
 implere, declarare & consummare. Atque eam us- **Rom. 13.**
 que ad mortem seruauit. Aliud mendacium de uis
 olatione legis naturæ, (iuxta quam moderatoris
 bus reipublicæ & potestate præditis, debentur **Hiere. 3.**
 stipendia necessaria pro statu suo & uita) adsuunt, **Matt. 22.**
 dicentes, & prohibentem tributa dari Cæsari. Et **Rom. 13.**
 hic frons mulieris meretricis facta est eis, nesci- **1. Pet. 2.**
 unt & nolunt erubescere. Ipse deo quæ dei, & Cæ-
 sari quæ Cæsaris esse reddenda docuit. Et id ipsum **psal. 26.**
 per Apostolos suos, Petrum & Paulum, inculcat. **Ioan. 6.**
 Tertio accusant eum de transgressione legis hu- **Matt. 20.**
 manæ & imperiali, dum regnum Iudæorum sibi
 uoluit usurpare, quia dixit se Christum, hoc est, un-
 ctum, Regem esse Iudæorum. Hic rursus mentitur
 iniquitas sibi. Nam dum populus uoluit eum raper-
 re in Regem, fugit. Quia non uenit ministrari, sed
 ministrare. Sic mendacijs maculant eum, qui ue-
 ritatem docuit & fecit, sicut à patre suo mens

152 PASSIO DOMINI NOSTRI

Pfal. 71. dace didicerunt. ¶ Erat Christus Rex ex semine
 ne Dauid, sed regnum eius non erat ex hoc mun-
 do. Norūt Iudēi Christum fore regem, speraue-
 runt etiam regem uenturum cum potestate ma-
 gna ac maiestate, & regnaturum a mari usque ad
 mare, & a flumine usque ad terminos orbis ter-
 rarum, qui iugum excuteret Romanorum. Talem
 etiamnum expectant omni die, ut ueniat & redi-
 mat eos de afflictionibus eos. Christum uero fas-
 sum & regnum tale fugientem, sicut a facie co-
 lubi fugierunt, gratis odio habuerunt, & abomi-
 nabantur. Falsè quapropter criminabantur eum
 ambitionis. ¶ At, primā calūniam Pilatus pili nō
 fecit. Alteram fictam sciebat, similiter & tertiam.
 Nihilominus ne a Iudēis calumniari posset, per in-
 de ac suo non satisfaceret muneri, si diligenter nō
Iohan 19 inquisiisset de crimine lesæ maiestatis. Ideo ut
 Christum magis pacifice & exquisite examinaret.
Pfal. 37. Introiuit in prætorium Pilatus, & euocauit Iesum,
Eccle. 8 nihil Iudæis, tumultu irrationabili mortem eius
 petentibus, respondentem. Factus namq; fuit sic-
 cut homo nō audiens & non habens in ore suo res
 dargutiones. Nam sapiēs, ubi non est auditus, ibi
 non effundit sermonem. In hoc dans nobis exem-
 plum, ne incendamus carbones peccatorum, ars-
 guendo eos, aut respondendo eis, ne incendamur
 flamma ignis peccatorum illorum. Nec stare de-
 bebemus contra faciem contumeliosorum, quia sep-
 dent quasi insidiatōres ori nostro. At Pilatus Ie-
 sum uocauit in prætorium, quo Iudæi sanctitatis
 simulatores

Amulatores, & maximi peccatores, non audebāt
 introire. Et dixit ei. Causam quam ignorabat, dilis-
 gentissime inquirendo: Tu es Rex Iudæorum? Da
 gloriam deo, & confitere mihi, si uerum est, quod
 tu natus es Rex Iudæorum, a prophetis promissus,
 qui redempturus es Israel, de manu inimicorum
 eorum, & omnium qui oderunt eos? Es tu
 ille cui pater tuus daturus est sedem David pa-
 tris tui, qui regnatus es in domo Iacob in æter-
 num? Es tu germen iustum Dauidis, qui regnabit,
 Rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam
 in terra? Querebat namque utrum ex iure, ex
 dei uoluntate, ex legis Iudæorum promissione,
 Rex Iudæorum esset. Nam de facto, in confessio-
 erat, quod Rex non erat. Quasi dicat: Mirum est,
 quod te accusant ambitionis regni, cum sis paup-
 humilis, nudus, sine militibus, & alijs omnibus que
 ad regium culmen requiruntur. Respondit Iesus,
 humiter & mansuete, sicut mitis fuit & humilis cor-
 de. A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt de me: O-
 quam sapienter, sapientia æterna & ueritas ipsa,
 respondet ueritatē. Nam si mox respōdisset, Rex
 ego sum, priusquā regnū suū a regno hominū discre-
 uisset, occasionē calūniæ Pilato porrexisset, uelut
 qui aduersus Dñm illius Cæsarem agere tentauisset.
 Melius ergo sic respondens, à temetipso hoc di-
 cis, an alij tibi dixerunt de me, & iustæ calūniæ
 locum sustulit, & regem se esse testatus est, quia
 non negauit. Idem enim est, ac si diceret: A deo
 uerum est, regem me esse Iudæorum, ut si hoc à te-
 metipso

Job. 29
 Iosel. 7.
 Lucæ. 1.

Hiere. 23

Matt. 22

154. PASSIO DOMINI NOSTRI

- Matt. 2.** metipso magis quam alterius iudicio dixisti, con-
Reg. 12. stet profecto, quia non longe es à regno, acu rem
Matt. 16 terigisti. Caro & sanguis hoc tibi non reuelauit,
 sed pater meus qui est in cælis. Spiritus ueritatis
 hoc per os tuum loquitur. Respondit Pilatus: Nunc
 quid ego Iudæus sum? Quasi dicat: Ex me non con-
 cepi hanc opinionem de te, quia Iudæus non sum,
 nec legis eorum testimonia, nec Prophetarum legi
 aut scio oracula, ut ex eis scirẽ, quis aut qualis des-
Sapie. 2. beat Rex eorum esse. Sed gens tua, ex quibus es
 secundum carnem, & Pontifices tui, quibus grauis
 es ad uidendum, tradiderunt te mihi, & constanter
 de hoc te accusant, ut audis ipse & sententiã mors
Mich. 6. tis super te exoptulant. Sed dic mihi ueritatem.
Ios. 7. Quid fecisti? eis, aut in quo molestus fuisti eis? Da
Mar. 7. gloriam deo, & confitere peccatum tuum, & in dis-
 ca mihi quid feceris. Respondit Iesus. Non quid
 fecerit, cum illud prius sciuit, quod omnia benefe-
 cit. Nec dicit se Regem esse Iudæorum, quod emus
Dani. 4. li eius, ei exprobrauerant. Sed quod illi mirus cū
Psal. 2. inuidia tabescente iter habentes, dixerāt, hoc sup-
Psal. 46. plet, corrigit & producit in lucem, dicens: Regnū
Apoc. 1 meum non est de hoc mundo. Non ait, Regnum me-
et 19. um non est in hoc mundo. Excelsus quippe domi-
1. Iohã. 5. nator est in regno hominum, & cui uult dat illud.
 Sic constitutus est Rex à patre super Siõ. Ipse Rex
 magnus est super omnem terram Et ibidem. Rex
 omnis terre deus. Sic & Rex regum dicitur, & Do-
 minus dominantium, & princeps regum terræ.
 Sed regnum ueum non est de hoc mundo, in ma-
 ligno

ligno posito. Non est in fastu superbix, nō in carnis concupiscentijs, nō in magnis diuitijs. Non ab homine, sed a deo. Non temporale, sed æternum. Nihil etiam Cæsari præiudicat, sed ipse beatus esset & eius imperium pacificum, si me agnosceret, & legibus meis pareret. Et hoc probat, dicens: Si regnum meum esset ex hoc mundo, ministri mei utique decertarent pro me, ut non traderer Iudeis, genti peccatrici, populo graui iniquitate, sed mini nequam, filijs sceleratis, qui semper contumiose egerunt. Sed regnum meum nihil commune cum regno huius mundi habet. Nihilominus Rex magnus sum super omnem terram. Et terra mea est & plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui habitant in eo. Ergo concludit: Nunc ergo regnum meum non est hinc. Non dicit, Non est hic, quia regnum eius, regnum est omnium seculorum, & dominatio eius in omni generatione & generatione. Gloriam regni eius omnes sancti dicunt, & potentiam eius loquuntur. Vt notam faciunt filijs hominum potentiam eius, & gloriam magnificentix regni eius. Sic sancti dei intra quos regnum dei est, & in quibus regnat deus, non sunt mundani, sed mundus eis crucifixus est, & ipsi mundo. In mundo quidem sunt, sed de mundo nō sunt, sicut & Christus non fuit de mundo. Si de mundo fuissent, mundus quod suū erat dilexisset. Sed quia de mundo non erant, sed Christus eos elegit de mundo, propterea odiuit eos mundus & periequebatur eos usque ad uerticem. Dixit itaque ei Pilatus,

non

Esaiæ. 2.

Deut. 32.

Psal. 45.

Psal. 23.

et 49

Psa. 144

Luce. 17

Gallat. 6

Iohan. 17

Iohan. 14

158 PASSIO DOMINI NOSTRI

nondum plene capiens mysterium regni Christi, quod non erat ex hoc mundo, unde ait, certior de eo fieri cupiens: Ergo Rex es tu? Hoc enim uidebat. cōsequi, ut si regnum eius non est hinc, aliunde sit, & undecumque regnum, regnum utique sit. Expēs dit itaque Christus Pilato ueritatem hanc, dicens: Tu dicis, & ego consentio. Tu in hac re testimoniū ueritati perhibes, quia Rex regum & princeps regum terræ, sum ego, talis ut dixi. At Pilatus hic interrogare debuerat, unde esset, & quale esset regnū Christi. Quod quia non fecit, uliro seruator hoc explicat ei, ne eū interficiendo, falso gloriari possit, se ignoranter hoc fecisse, pro tuendo imperio Imperatoris. Unde regni sui condiciones expēdit, dicens: Ego in hoc natus sum, quando uenit temporis plenitudo, & ad hoc ueni in mundum, & habitauit cum hominibus, plenus gratia & ueritate. Nō ut cum austeritate imperarem & cum potentia, sed ut saluum facerem quod perierat, cum tranquillitate iudicarem, & cum magna reuerentia disponerem eos qui in me credūt. Et ut testimonium perhibeam ueritati, triplici. Nempe ueritati uitę, quia sum uia, per meum exemplum. Veritati doctrinę, per meam eruditionem & documentum, quia sum ueritas, & uiam dei doceo in ueritate. Veritati iustitię, quia sum uita, per pręmium, & sine personarum acceptione iudico. Et omnis homo qui est ex ueritate, per prędestinationem & imitationem diuine bonitatis est, hoc est, qui perinet ad deum,

quod

Iohan. 1.
Apoca. 3.

Galla. 4
Iohan. 1.
Luce. 19
Sapi. 12.
Iohā. 14
Matt. 22

qui est præordinatus ad uitam æternam. Qui est de
 ouibus meis, & de filiis meis per gratiam adopti-
 onis, audit uocem meam, & uerba gratiæ quæ pro-
 cedunt de ore meo. O felicem te Pilatum, si hanc
 Christi doctrinam purgatis auribus audires, &
 faceres, quia tunc beatus in facto tuo es, & bene
 tibi esset. Audisti Christum, ore ad os tecum lo-
 quitur. Vidisti desideratum cunctis gentibus, faci-
 em eius plenam gratiarum, speciosam præ filiis ho-
 minum, in quam etiam Angeli desiderant aspi-
 cere. Sed diabolus uerbum eius de corde tuo tulit,
 ne credendo & operando illud, saluus fias. Resistis
 spiritui sancto, in uacuum gratiam dei recipis. Imo
 abicis gratiam dei. Nihilominus per omnia uin-
 centem ueritatem uictus. Dicit ei Pilatus: Quid est
 ueritas? Non querit ueritatis definitionem, sed que-
 rit illa ueritas, cuius uirtute & participatiõe, hoies
 dij efficiuntur, & regnum dei. Et hæc ueritas, deus
 ipse est, & quem pater misit in mundum, filius eius
 unigenitus, Iesus Christus, nec non sermo eius
 quem os suum aperiens, docuit. Est enim Deus uer-
 itas. Et Christus ait: Ego sum uia, ueritas & uita.
 Et iterum: Sermo tuus, ueritas est. Hanc triplicem
 ueritatem omnis terra inuocat, hanc ipsum cæ-
 lum benedicit, & omnia opera mouentur & tres-
 munt eam, & non est cum ea quicquam iniquum.

¶ Et huius questionis solutionem non expe-
 ctauit Pilatus. Vel quia eam audire indignus fuit,
 eo quod sicut pater suus diabolus, in ueritate non

sicut Iohan. 3

A. Act. 13.

Iohan. 10.

Luc. 4.

Iacobi. 1.

Agg. 2.

Psal. 44.

1. Petri. 2.

Matt. 13.

Luc. 8.

Gallat. 2.

Psal. 81.

Luc. 1. 17.

Ioh. 1. 17.

Rom. 3.

Ioh. 1. 4.

Ioh. 1. 17.

3. Esai. 4.

raret, festinabar. Et cum hoc dixisset, quaerendo,
 quid est ueritas. iterum exiit ad eos, ut pro inno-
 centia Christi loqueretur. Ut adiutor & proce- *Eccle. 38*
 ctor eius esset, & liberaret corpus eius à perçiti-
 one, à laqueis linguarũ iniquarum, & à labijs ope-
 rantium mendacium, & in conspectu astantium,
 esset illi adiutor. & dixit eis: Ego nullã causam mor-
 te dignam, inuenio in eo. Sed receditis ei malum
 pro bono, & odiũ pro sua dilectiõe. Sine iniquitate
 cucurrit & ambulauit inter uos, docens uos quos-
 modo debetis ambulare in lege Domini, & places- *Psal. 58.*
 re deo. Ideo calumnias uestras falsas & uincula, *Job. 16.*
 patitur absque ulla iniquitate manus suę. Ipse fide-
 lis est in omnibus uerbis suis, & sanctus, & ab om-
 ni iniquitate purus, in omnibus operibus suis. *Deut. 32*
Iud. 14.
 Iudæi autem, generatio praua atque peruersa, gens
 absque consilio & prudentia, qui non æquitatis æ-
 more uerum inuestigare, sed inuiciæ tabescentis
 stimulis, iustum & innocentem damnare morte
 turpissima, esuriebant & sitiebant (Luca referens
 te) ex uera Pilati excusatione innocentis, nõ sunt
 pacificati, sed magis irritati, exulcerati, & odio ac-
 censi. Ideo inualescebant, clamoribus diabolicis,
 quia probationes ueras, & rationes nullas contra *Ioh. 14.*
 Christum habebant. Nec hoc mirum, quia & prin-
 ceps huius mundi pater eorum diabolus, uenit, &
 in eo non habuit quicquam. Praualente autem
 in impijs contra iustum, egreditur iudicium peruers-
 sum, ut cernimus in presentiarũ. dicentes, linguis *Abac. 1.*
 suis dolosis, ueneno mortifero plenis, quas docu-
 L erunt

160 PASSIO DOMINI NOSTRI

Psal. 11.

115.

Sapi. 12.

Tit. 2

Psal. 32.

Esai. 48.

Colloc. 1.

Matt. 22

Rom 15.

Matt. 15

Matt. 10

Luce. 4

Sapient. 5

Act. 4

Act. 5

erunt loqui mendacia. Hinc Dauid ait de eis: *Seipulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebāt, uenenum aspidum sub labijs eorum. Eorum os maledictione & amaritudiue plenum est, ueloces pedes eorum ad estundendum sanguinem innocentum. Commouit populum & admo- nuit. ut relicta malicia, crederent in deum. Sic ap- paruit gratia dei, & saluatoris nostri omnibus ho- minibus erudiens nos, ut abnegantes impietates uniuersas, & secularia desideria, sobrie, iuste, & pie uiuamus in hoc seculo. Utinam sic ab eo conuicti fuissent Iudæi, & commouerentur omnes inhabi- tantes orbem. docens, omnem hominem utilia, in omni sapientia, ut exhiberet omnem hominē per- fectum in amore & timore dei. Docens uiam dei in ueritate, per uniuersam Iudæam, quia minister circumcisionis fuit, iuxta illud: Nō sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Sic & discipulis suis præcepit, ne irent in uiam gētiū. incip- piens. Euangelizare regnum dei pauperibus. a Ga- lilæa usque huc, nempe Hierusalem, quæ est caput regni. Sic scelerati qui nullum signum uirtutis de seipsis possunt ostendere, dijudicant, arguunt & condemnant Christum in suis benefactis. Galilæam malitiose nominant, ut sic contra eum exacer- barent Pilatū, perinde ac similes esset Iudæa Ga- lilæo, qui in die bus professionis, multos ad cōtra- dicendum Cæsari seduxit, astruens quod indignū Iudæis esset profiteri Dominum gentilem & ter- renum, sed solum deum. Ideo perit cū cauda sua.*

Señ

Sed & Pilatus istius uia reliquias (ut Cyrillus dicit) aliquot occidit. At Pilatus sciebat, quod mentiebantur hoc in collum suum, eo quod docuerat, quæ Cæsaris sunt, Cæsari esse reddenda. *Luce. 13*

¶ Vide quomodo hic malignantium sermo, et eorum qui accusatur, innoxium, & delatores docet esse peruersos, & diabolo plenos. Nam ipse fratrum accusator est, & in optimis operibus iustorum, maculas ponit. Nam iniquos docere uias Domini, & ad iustitiam erudire plurimos, non uult, sed indicium constat esse uirtutis & gratiæ dei. *Danie. 13*

¶ Et hic retribuunt ei mala pro bonis. Ipsi calumniantur eum, & sermonibus odij eum circumdant, & maculant. At ille redemit eos à calumnijs hominum, & mendaces ostendit eos, qui maculant uerunt eos, ut cernere est in Ioseph, speculo pudicitia. In Mardocheo, uiro uirtutis, & emulo iustitiae. In Daniele puero, a qui iustique tenacis & pugnatoris in tempore captiuitatis Babylonice. In Susanna honestatis imagine. In Hieremia uiro dolorum, & scientem infirmitates, quas pertulit, certando pro ueritate. Summa, nolebāt se meliorem uiuere, ne ipsi impropria sustinerent, & de genere censerentur. *Sapien. 2*

Hora tertia.

Pilatus autem audiens Galileam, gaudius est gaudio magno ualde, quia sic sperabat se ab importuna Iudaorum instantia liberandum, per missionem eius ad Herodem. Et ideo

¶ *ij interrogauit.*

162 PASSIO DOMINI NOSTRI

interrogauit, ecclesiam malignantium, si homo Galilaeus esset. Et ut cognouit quod de Herodis potestate esset. Non quia ibi esset natus, sed ibi conceptus erat & nutritus, siue educatus. Et ab illa regione, seminare uerbi sui semen est exorsus, remisit eum ad Herodē, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus, propter festum Paschæ, quia Iudaus natus erat. Nam pater eius propter uxorem suam, Mariamne nobilissimam ex Iudæis, se fecerat circumcidere. Et postquam hanc in uxorem duxit, omnis domestica prosperitas eius finem habuit. Hoc fecit Pilatus, ne cōtra eum quem in fontem & per inuidiam traditum sibi nouerat, mortis sententiam dare cogeretur inuitus. Unde eum Herodi misit audiendum, ut ille eum, qui illius patriæ Tetrarcha fuit, uel absolueret uel puniret. Tum quod sic Herodi deferret. Tum quod credebatur, quia libenter liberaret hominem, qui esset de terra sua, maxime innocentem, & tam optime meritum de omnibus, & potentissimū in opere & sermone. Tunc lupi illi rapaces crudelissime ligatum agnum dei, duxerunt eum pernis maximis, subsannationibus, contumelijs & improprijs, ad tacē libidinis Herodem. Herodes autem, genimē uiperæ, semē maledictum, adulterina pl. natio, maledictionis filius, homo peccati, tem. rator legis, laqueus mortis, scandalum plebis. Nam fratri suo uxorem tuulerat, Iohannem Angelum dei occiderat, ac pater eius pueros necauerat. Ideo naturalis malitia eius, immutari non potuit, nisi Iesu, quē prius quæserat

Luce. 1.

Matt. 2.

Luce. 24.

Mat. 9.

Matt. 2.

Sapie. 12

Hiere. 13

Luce. 13.

fierat ad interficiendum, gaudius est ualde, non ex Psal. 14.
 deuotione, sed ex curiositate. Et cur gaudius sit, Luca. 12
 subditur. Erat enim ex multo tempore cupiens uide Prou. 26
 re eum, non ut crederet in eum, & saluus fieret, neque
 ut uerba uitæ ex ore eius audiret, & declinaret à malo,
 & faceret bonum. Sed quia uulpis dolosa fuit, simulabat
 deuotionem & pietatem, cum septem nequitix eissent
 in corde ipsius, & cogitabat omne semen Dauid occidere,
 ut ipse solus regnaret, eo quod audierat multa, magna & stupenda,
 de eo, per famam publicam, & scelestus ille sperabat
 signum aliquod uidere ab eo fieri. Non ut ueritatis amator,
 sed ut tētator. Iudæi namque signa petunt. Sed generatio
 hæc, generatio nequam erat, & signum quærebat,
 sed signum non dabatur ei. Interrogabat etiam cum multis
 sermonibus, non in simplicitate cordis, sed maligne. Nec
 credidit eum esse saluatorem, sed populi fascinatorem &
 incantatorem. Sic cor iniqui, requirit mala. At ipse
 se nihil respondebat, ad ullum uerbum, (ut ait Matthæus)
 Obmutuit & siluit à bonis, sicut agnus coram
 tondeute. Posuit ori suo custodiam, cum constitit
 peccator aduersus eum. Vos tacebitis (dixit amicus
 dei ad populum) & Dominus pugnabit pro uobis,
 contra inimicos uestros. Ut ergo prophetiam imple-
 ret, tacuit. Ut item patientiæ formam daret & humilitatis.
 Ut margaritas non spargeret ante porcum illum & suam
 immundam, Herodem, qui in uolutabro luti adulteri-
 j assidue uos iurabatur, & in stercore illo compuitur. Ut sane
 L iij Etum

ter, accusantes eum, qui peccatum nullum fecit, & 2. Pet. 2.
 in quo princeps mundi nihil habuit. Sic Cayn ster Gene. 4.
 tit contra innocentem fratrem suum. Sic fratres Gene. 37
 maligne steterunt contra Ioseph, bonum & res Danie. 6
 ctum corde. Sic Babylonij, & principes persarum 14.
 contra Danielem. Duo senes impudici, contra hos Danie. 13
 nestam Susannam. Perfidi Iudæi, contra Stephanum. Synagoga satanæ, sæpius contra Paulum. Sic
 rabescens inuidia, semper malos urget contra bonos. Hæc est uermis, qui percussit hederæ uigor
 rem, ne caput Ionæ obumbraret. Sic Pilato pau
 ca, Herodi & perfidis accusatoribus, uerba nulla
 responderet, quia ille inuitus eum condemnauit, ins
 noxium non liberauit. Ideo indigni erant, quibus
 ueritas, ueritatem responderet, cuius inimici es
 rant, & cui non credebant, sed contradicebant &
 resistebant. Vbi ergo tacuit, quasi agnus, toto pro
 grege immolandus patientiam præstabat. Vbi uer
 ro respondebat, quasi magister uerax, doctor iustis
 tiæ, & pastor bonus, pro creditis sibi ouibus contra lus
 porum infidias, fascinatorum pueris dogmata & mæ
 dacia, pugnabat. ¶ Videns ergo scelestus Her
 rodes, quod æterna patris sapiëntia nullum signum fac
 ceret, nec ullum uerbum ad interrogata responderet,
 nec se contra falsas calunias accusatorum defende
 ret, stultum & ideotam eum reputauit. Ideo spreuit eum Her
 rodes, & conceptui habuit, cum exercitu suo, sicut Rex
 Achis dixit, de Dauid ad seruos suos: Vidistis homi
 nem insanum, quæ ad duxistis eum ad me? An desunt
 furiosi, quæ introduxistis istum ut fureretur me presentie.

L iiii Dimittite

155 PASSIO DOMINI NOSTRI

Dimittite illum hinc, ne ingrediatur domum mea-
 am. Non solum aurem spreuit eum, sed et illuſit in-
 durum ueste alba. Erat autem uestis ludicra, qua
 Sapie. 7. fatui ab alijs hominibus diſcernebantur. Verum,
 Malac. 4. quod illi cogitabant ad ignominiam, hoc electi
 Cantic. 2. reputabant ad gloriam. Nam digne in albis am-
 Pſal. 21. bular, qui candor est lucis eterne, & speculum sine
 macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius.
 Splendor gloriae, sol iustitiae, flos campi & lilium
 conuallium Et ita illuſum, remisit illum, sicut op-
 probrium hominum, & abiectiorem plebis, ad Pi-
 latum, ut eum honoraret, sicut Pilatus ei detulerat.
 In quo nihilominus Herodes conuincitur in necē
 Domini conſenſiſſe. Nam fuerat ei miſſus tamq̄
 homo noſtrae dirionis. Cum in eo nullā cauſam mor-
 tis inuenit, debuit eum abſoluſſe, & nō alieno ius-
 dici remiſſiſſe. Et facti ſunt amici, Herodes & Pila-
 tus. Sic uulpes Sampſonis in cauſis erant colligati,
 Iudi. 16. ut Domino illuderent, quamuis capita haberēt
 diuiſa, quia in diuerſa habebant tendentes uolunt-
 tates & intentiones. In hoc enim ſolummodo
 amici erant, quia eiufdem innocentis Chriſti erāt
 inimici. Ut concordia & pace bonorū nihil eſt di-
 uinius, nihil utilius, nihilq̄ optabilius, ſic pace hu-
 Iohā. 14. ius mundi, & peccatorū, nihil eſt perius, nihil dam-
 Pſal. 72. nabilius, nihil nocērius, eccleſiae dei, & pie in Chri-
 Pſal. 2. ſto uiuentibus. Ideo Dauid zelauit ſuper iniquos,
 pacem peccatorum uidens. Sic aſtiterunt reges
 terrae, & principes conuenerunt, & conueniūt in
 unum uſq̄ in hodiernum diem, aduerſus Domi-
 num

Num uniuersorum, & aduersus Christum eius & electos. Gladium suum enaginant, arcum intendunt, ut decipiant & opprimant pauperes & inopes, & trucident rectos corde. Eiuimodi illusores uocantur, qui concordant in malo, & in alijs malitiam suam dissimulant, donec desyderia maligna sua consequuntur & perficiunt. Nam antea inimici erant adinuicem. At quæ uox, quæ poterit lingua, quis calamus retexere, & quod cor pium & deuotum poterit cogitare, clamores, opprobria, blaphemias, irrisiones, conuicia, sputa, uerbera & colaphos, & forsitan lapidum & stercoreum projectiones, quibus agnus dei in ductione illa & reductione, fuit afflictius & humiliatus nimis, ad deo quod rugiebat à gemitu cordis sui. Vere tunc amici tui & proximi tui aduersum te steterunt, & uim faciebant, qui quærebant animam tuam, bone Iesu. Quæ licet ab Euangelistis non sunt scripta, ex his tamen quæ scripserunt, colliguntur & intelligi possunt. ¶ Pilatus autem, cernens ad se iustum & innocentem Iesum reduci, quid faceret ignorabat. Proinde angustia ei erant undique. Nam innocentem damnare, exhorruit, absolueret quomodo posset, nesciuit. Verum ut erat homo prudens, & acris ingenij, mox in mentem eius modus uenit, per quem cordis sui desyderium se consequi sperauit. conuocatis ergo principibus sacerdotum & magistratibus & plebe. Ecce theatrum diaboli, Saranæ synagoga, dixit ad eos: *Obrulistis mihi hominem hunc, accusantes eum, quasi auertentem populum*

Psal. 36

Psal. 37.

Luce. 23

Dani. 13.

populum

108 PASSIO DOMINI NOSTRI

populum, à deo & legis eius obseruatione. Et ecce ego coram uobis interrogans, eum diligentissime, nullam causam mortis dignam, nec ullo flagello, inuenio in isto homine, ex his in quibus eum accusastis, sed hæcenus nihil horum probastis; & accusationes quas attulistis, ne speciem quidem aliquam ueritatis habent. Sed ut audio, lex uestra dicit: Infontem & iustum non occides, quia auersor impium, dicit deus uester. Sed neque Herodes, qui tam iniquus est, & mortis eius appetens, quod etiam antequam captus fuit, uitæ illius insidiabatur, tam

Exod. 12.

Lucæ. 3.

Iohan. 8.

Hiram. 2.

Psal. 16.

Matt. 3.

Esaiæ. 24.

1. Cor. 16.

Gene. 18.

2. Par. 16.

Tobi. 4.

Dani. 13.

astutus, ut uulpis ab eo sit uocatus. nam remisistis uos ad illum. Sed nullus potuit eum arguere de peccato. Ideo dicit: Quid inuenerunt partes uestri iniquitatis in me? Sic igne est examinatus, & septies repetita purgatione, non est inuenta in eo iniquitas. & ecce nihil morte dignum actum est ei, in iudicio Herodis, qui genimen est uiperarum, homo peccati, transgressor legis, mutator Iuris, dissipator fœderis sempiterni. Et quomodo in auctore uitæ aliquid dignum morte posset inuenire? Nulla est participatio iustitiæ cum iniquitate. Nulla lucis societas cum tenebris. Nulla pars innocentiae, cum malitia & iniquitate. Absit proinde à me, qui dei locum occupo, & dei munere fruor in iudicio, ut condemnem iustum cum impio, fiatque iustus hic sicut impius. Nã scio quod quicquid iudico, in caput meum redundat & recidit. Sed & natura me docet, quod alteri facere non debeo, quod odio mihi fieri ab alio. Non possum proinde, iustum & innocente ma

innocentem interficere. Sed ex quo nos uideo es
 um odio iniquo odire, & gratis persequi, nec ul-
 lis posse eius beneficijs quæ innumera sunt, nec
 rationibus, nec legis uestræ, in qua gloriatis, nec
 legis naturæ, quam & gentes habent, præceptis &
 documentis à uestra malitia reuocari, quo minus
 morte turpissima, me Iudice nõ condēnetur. Ideo
 coarctor à duobus, desyderium quidem habens,
 innocentē dimittere, ne sanguinē hoīs iusti super
 me introducā, & regratur de manibus meis. Sed
 & iniustitiā abhorreo, eo qđ nõ est pax impijs, sed
 semp arguit eos in alitia eorū, & hominibus tacē-
 tibus, semp traducūt eos ex aduerso & accusant in-
 iqtates eorum. Sonitus namq; terroris, semp est
 in auribus male sibi cōscijs, & cū pax sit, ille semp
 insidias suspicatur, & fugit nemine psequente, eo
 qđ pavor est, opanibus malū. At cōtra, uos urges-
 tis me, in tatis opportune & importune, ut uitam
 occidā, in aocentē condemnem, optimū oīm homi-
 nū, sine causa pdam. At hoc nefas est & iniquitas
 maxima, ignis usq; ad pditionē deuorās, ac oīa ex
 radicans germina. ¶ Sed scio qđ eligam, & qđ me
 uia de tantis piculis eximā. Est aut uobis cōsuetudo,
 ut unū dimittā uobis in Pascha. Lucas ait: Necessie
 habebat dimittere eis p diem festū unum. Necessie,
 nõ imperiali sanctione, nec datæ legis, sed annua
 gētis Iudaicæ consuetudine, cui p talia gratificari
 uoluit, deuctus. Nam in memoriam liberati-
 onis de iugo ferreo, & dura seruitute Aegypti,
 quam reolebāt, & p qua annua deuotione festum
 Paschæ

Psal. 119

Roma. 2

Phili. 1.

Esaia. 56

Hier. 2.

Roma. 2

Sapi. 17.

Iob. 15

Prou. 28

Prou. 10

Iob. 31.

Iohan. 8.

Lucæ. 13.

Exod. 23.

170 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Psal. 77.** Paschæ celebrabatur ac deo gratias reddebāt, consuetudine sancta unum, dignum morte dimittere solebāt, sicut illi tunc à deo erāt liberati Et aliq̄ malefactores occidere, sicut Angelus exterminator in illa nocte omnia primogenita ab homine usque ad pecus, occidit in Aegypto. Simili enim pœna, seruus cum Domino tunc afflētus est, & popularis homo, regi similia passus. Et hanc consuetudinē ut seruarent religione perpetua, obtinuerant, muneribus & præcibus ab imperatore.
- Exodi. 12.** Sic anno præcedente mortem Christi, Iohannem in festo Paschæ. Et post eius mortem, in eodē festo, Herodes interfecit Iacobum Apostolū, & post festum uoluit Apostolum Petrum, quem detinuit in carcere, populo producere. Et in occisione & Domini & electorum, magnum obsequiū se Domino præstare, impie arbitrabantur Iudæi impij.
- Exodi. 12.** ¶ Ecce quomodo reddūt deo mala pro bonis. Nam ea die qua eos liberauit de affligētib; eos, & eis pepercit à morte, isti eos afflixerunt, flagella ueruerunt, & morte turpissima condemnauerunt.
- Matt. 27.** ¶ Sic ergo consueuit (ut Matthæus ait) unum uinctum populo durissime, ceruicis, & contentio, genti apostatrici & exasperatrici dimittere, quem uoluisent Marcus, Quemcumq̄ petissent.
- Exe. 3.** Habebat autem tunc, inter alios, in uinculis unum uinctū insignem, hoc est, pestilentem, uulgatum in malitia. Erat enim insignis, nō à nobilitate, generis, sed à magnitudine criminū. Qui Marco teste, cū seditiosus erat uinctus, ne lites & discordias, & inimicitias

imicitias inter pacem habentes continue (sicut Iohan. 8.
 mos illi erat) seminaret, & pacificos semper turbaret. Sed & in seditione fecerat homicidium, patrem suum diabolum in hoc imitatus, qui ab initio homicida fuit. Ergo secundum legem dei & etiam gentium sanctiones, nullo modo dimitti debuit, sed morte puniri. Marcus addit. Et cum ascendisset turba, ad diem festum Paschæ, cepit rogare Pilatum ut faceret, sicut semper faciebat illis, ex consuetudine dimittendo unum uinctum. **Prone. 6**
 Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem uultis dimittam uobis? Barrabam, latronem & pestilentem seditiosum, qui dissipauit ciuitatem, hominem apostatam, gradientem ore peruerso, manibus effundentem sanguinem, prauo corde, semper machinantem mala, & omni tempore iurgia seminantem, an Iesum, saluatorem mundi, quia ipse saluum fecit populum suum a peccatis eorum, qui dicitur Christus, hoc est, ut Iohannes exprimit, Regem Iudæorum. Vnde dixerunt die palmarum: Benedictus qui uenit Rex, in nomine Domini, pax in caelis & gloria in excelsis. Et ut Iohannes ait: Turba multa processerunt etiam Christo, & clamabant, Osanna, benedictus qui uenit in nomine Domini, Rex Israel. Hinc Petrus dixit, similiter & Martha: Tu es Christus, filius dei uiui. Sic Pilatus proposuit eis uitam & mortem, bonum & malum, benedictionem & maledictionem, ut eligerent quod eis placeret, ut daretur eis. Hoc fecit, certum habes, quid essent responsuri. Scribat enim

Matt. 3

Lucæ. 21.

Iohan. 12

Mat. 16.

Iohan. 12

Leuit. 30.

Eccl. 15.

enim

162 PASSIO DOMINI NOSTRI

Matt. 27 enim quod per inuidiam tradidissent eum: Quod Barrabam in electione pramissit Christo, non bonam speciem habuit. Vt ut fuerit, certum est quod hoc modo Christum studuit liberare. Nam sic nec umbra excusationis Iudæis relicta est, dum mortem uitæ, malum bono, maledictionem prætulērunt benedictioni. Insuper, hoc moliebatur, ut si nollēt Christum ut innocuum dimittere, saltem ut noxium donarent festo & tempori. Si enim oportebat in peccatis manifestis existentem dimittere, multo magis in dubijs, ut ait, os aureum. At illi, inuidia pleni, exulcerati ex uerbo quo dixit: Regem Iudæorum, dentibus fremebant & tabuerūt, ac maiori odio contra Christum inflammati sunt.

Marci. 13 Nam & principes sacerdotum & seniores, uasa iniquitatis pessima & bellantia, ex quibus pendeat anima populi, concitauerunt turbam, instabilem, persuasionibus, minis & promissionibus multis, ut magis peterent Barrabam, homicidam, malum, seditiosum, in reprobum sensum datum & maledictum. Qui astitit omni uia non bonæ, & malitiam dilexit super benignitatem, & quasi aquam bibere iniquitatem. Qui lætabatur quando malefecit, & in rebus pessimis exultauit. Qui addebat peccatum super peccatum. Nec dormiuit nisi malefecisset, & non rapiebatur somnus ab oculis eius, nisi supplantasset. Iesum uero, auctorem uitæ, omnium bonorum datorem, omnes in benedictionibus dulcedinis præuenientem, perderent. Grauis est nobis ad uidentium. Sic elegerunt magis mortem

tem

rem, quam uitā . Vnde Christus ait: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aque uiuæ, & fecerunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere aquas non potuerunt. Nihil enim utilitatis & consolationis ex dimissione latronis, & perditione seruatoris consecuti sunt, sed damni, meroris & afflictionis multum, & maledictionis omnes gradus & copias. Sic iudicant iudicia iniusta, gloriantes in lege, innocentes damnando, & noxios dimittendo. Verum, qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, uterque maledictus & abominabilis est apud deum. Tunc rursus omnes, in malo consentientes. Quique terrigenæ & filij hominum, simul in unum diuites & pauperes. Omnes declinauerunt a ueritate & iustitia, simul omnes inutiles facti sunt. Vnde ait: Omnes maledicunt mihi, dicentes, de malo thesauro cordis sui mali. Lucas ait, Exclamauit simul uniuersa turba: Tolle hunc & dimitte nobis Barrabam. Sic Christo facta est hæreditas sua, quasi leo in sylua, dedit contra eum uocem suam. Iohannes. erat autem Barrabas latro. Lucas. qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium missus in carcerem. Sic noluerunt benedictionem, & elongata est ab eis, & dilexerunt maledictionem, & uenit eis. Induerunt maledictionem sicut uestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eorum, & sicut oleum in ossa eorum. Facta est eis uestimentum, quo operiunt, & sicut zona quæ semper præcingit ur. Ecce

Sapi. 2.
Hier. 8.
Hier. 17.

Dani. 12.

Pro. 17.

Iohan. 18.

Psal. 48.

Psal. 13.

Roma. 3.

Hier. 15.

Hier. 12.

Psal. 102.

ubi

174 PASSIO DOMINI NOSTRI

ubi inuidia, malitia dominatur, ibi nullus respectus est iustitiæ & æquiritatis. Nulla beneficiorum memoria, nulla utilitatis aut damni, boni aut mali, salutis aut perditionis, ratio & cõsideratio, sed noxia eliguntur, utilia repudiantur, malum bono præfertur. Data ecce est petitio uestra, desyderium cordis uestri, datum est uobis. Ecce interfectorem hominum elegistis ad ueniam, & saluatorem mundi, petistis ad pœnam Ergo merito, salutem uitamque perdidistis, ac latrocinijs uos & seditionibus, adeo subdidistis, quod & locum uestrum & gentem, quæ plus Christo amastis, perdidistis, & hæcenus quam pro nihilo habuistis & uendidistis, animæ & corporis libertatem, recuperare non meruistis.

¶ Tunc Pilatus insatiabilis rabie perfidorum cognita, non statim dimisit illis Barrabam. Sed alia uia conatus est Iesum eripere, dicens: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Ex quo Barrabam petitis uobis donari, Iesus autem Christus, Rex uester est. Et ineluibilis infamia uestra est, & macula in gloria uestra, quæ nulla delebit obliuio, si perditus & damnatus Regem uestrum. Ideo expressius Marcus dicit Quid ergo uultis faciam Regi Iudæorum? Ego enim (ut Iohannes ait) nullam causam mortis inuenio in eo. Imo nec uos de ullo peccato eum arguere potuistis, nec potestis adhuc, quod ego audio uel audiuerim. At illi succlamantes, dicebant: Crucifige, crucifige eum, & morte turpissima condemna eum. Nec hoc solummodo propter confusionem maiorem, sed & propter

Joh. 4. 11.

Joh. 4. 8.

Luce. 23.

propter pœnam grauiorē. Quia clauis affixi diu-
 tius uixerunt, & maiores sustinuerunt cruciatus,
 quā si rota aut gladio fuissent enecti. (Lucas). Ille
 autem tertio dixit ad eos: Quid enim mali fecit?
 Nullam mortis causam inuenio in eo. Sic omnem la-
 pidem mouit, ut eriperet agnum dei de ore leop-
 num & luporum rapatum. Corripiam ergo illum
 & dimittam. Corripiam duris flagellationibus,
 & postea dimittam, quia mortem & crucifixionē
 quam uos petitis, non meruit. At illi instabant ex
 contrario uocibus magnis, quia defecerunt scrutā-
 tes scrutinio. Et quia in ueritate nudi erant, & ps-
 bationibus deficiebant, ideo quod ueritate non
 potuerunt, clamoribus multis obtinere nitēban-
 tur, postulantes ut crucifigeretur, & festinabāt san-
 guinem innoxium fundere, & inualeſcebant con-
 tinuis incrementis, uoces eorum. Sicut mali homi-
 nes semper in peius proficere solent. Sic expecta-
 uit Christus, ut uinea sua electa faceret uuas, sed
 fecit spinas, & labruscas. ¶ Tūc Pilatus uidens
 furentem populum non posse aliquo modo qui-
 etari, sine innocentis Iesu afflictione, iterum ait:
 Corripiam ergo illum, uerberibus, & dimittam. Hęc
 & prius dixerat, eodem Euangelista teste, sed tūc
 non flagellauit eum, eo quod alius modus libera-
 tionis occurrebat. Quo cum nō proficeret, modo
 executus est quod dixerat. Ait ergo: Corripiam
 eū, flagellando, sine suo peccato, & de uobis op-
 time merito. Ut si quid in legem uestram pecca-
 uit, aut in aliquo uobis molestus fuit, aut contra-

Psal. 63.

Proker. 2

2. Tim. 3.

Esaiæ. 5

Lucas.

M trarius,

276 PASSIO DOMINI NOSTRI

Sapient. 2

Ruth. 3.

Ecclesi. 7

Prov. 17

rius (quod tamen non ostendistis) correctione facta, desinat ira uestra, & excludatur de cordibus uestris diabolica (per quam mors in orbem terrarum intrauit) inuidia & correptum liberum dimittam. Et certus sum, quod maiora bona faciet uobis quam fecit prius. Nec iniuriæ recordabitur illata, sed ex bonitatis suæ exuberantia, reddet uobis bonum pro malo, & dilectionem pro odio, & priorem misericordiã posteriore superabit. Naturale est hominum ira percitorum, quod uisa humiliatione & afflictione eorum quibus erant insensu, iram ponant, excludant malignationem. Sic & leones rugientes, prostratis parcut. Sed intentio hæc Pilati, & si pia fuerit, quantum ad id quod uoluit Iesum liberare, crudelis tamen erat, quantum ad id quod hominem innocentem, maxime talem, filium unigenitum uidelicet dei, sine causa affligeret. Idcirco non excusat Pilatum à toto, licet à tanto. Peccauit enim grauiter, sed minus quam Iudæi. Quia adactus necessitate peccauit ille, isti ex malitia, odio & electione. Quia dum Iudicis populi munere fungebatur, debuit uerum iudicium iudicare, absolueret innocentem, & nocentium malitiam cohibere. Iuxta illud: Noli quaerere fieri Iudex, nisi uirtute ualeas irrumperere iniquitatem. Et rursus: Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est uterque apud deum. Auxit item peccatum Pilati, quod non leui, sed crudeli castigatione, frustra innocentissimumque Dominum afflixit & castigauit. Nam ut Iohannes

hannes

hannes refert: Tunc apprehendit Pilatus Iesum,
 exiit cum uestimentis suis, qui ornat cælum stellis
 arbores floribus & fructibus, terram herbis. Vt
 confusio nuditatis eius, omnibus appareret. Tunc
 ergo quādo nec solennitas festi, nec cōparatio la-
 tronis & homicidæ, nec Christi innocētia, nec deī
 timor, nec eorū legis sanctio, ualuit apud eos, q̄n
 mori eū uellent. Tūc uolens eos fatiare, innocētis
 p̄cnis, & flagellauit eum, per manus suorū militum
 ad columnam ligatū. Vt undiq̄ laceratis carnis
 bus eius (Quia a planta pedis usq̄ ad uerticē ca-
 pitis, nō fuit in eo sanitas, nullus sine dolore, uul-
 nere & liuore locus) p̄cnis eius crudelitas eorū
 satiaretur. Tunc innocens agnus dedit corpus su-
 um percutiētibus, & genas suas uellētibus nec fas-
 ciē suam auertit ab increpantibus & cōspuētibus
 in eum. Quia autem hoc fecerit ad liberationem
 Dñi, Lucas testatur, dicēs: Emendatū dimittā il-
 lū. Sed qđ uis in eo emendare, si (te teste) nihil ma-
 li fecit, & accusatores illius nihil mali cōtra eum
 p̄bare potuerunt. Si & princeps huius mundi, ni-
 hil in eo habuit? ¶ O popule stulte, & insipiens,
 heccine reddis Dño deo tuo mala, p̄ bonis suis?
 Ipse sanauit oēs infirmitates tuas, alligauit om-
 nes cōtritiones tuas. Virtus de illo exibat, & sana-
 bat oēs. Vos cōcidistis eū uulnere sup uulnus, & su-
 per dolorē uulnerū eius addidistis. Plaga inimici
 pcussistis eum castigatione crudeli. Adco qđ uul-
 nus & liuor & plaga tumens erat totū corpus eius.
 Sic addidistis uulnus sup uulnus, plagam sup plagam,
 M : ij gam,

Esaiē .11.

Esaiē .50

Iohan .12

Deut. 32

Psal 102

Lucā .6.

178 PASSIO DOMINI NOSTRI

Pfal. 44
Hester. 15
Esai. 53
Pfal. 128.
gam, liuorem super liuorē, sanguinem super san-
guinem, donec corpus illud speciosum præ filiis
hominum, totū deformabatur. Et facies illa ple-
na gratiarum, in quam desyderant Angeli pro-
spicere, adeo abominabilis facta est, lurida & liui-
da, quod non sit agnitus in plateis. Imo quasi abs-
conditus fuit vultus iste desiderabilis ad uiden-
dum cunctis genibus. Tam diu enim prolonga-
stis iniqui. atem uestrā, dum cum flagellastis, do-
nec secundū doctōrē Seraphicū, plus q̄ quinquies
mille uulnera ei infixistis. Et donec ministris dia-
boli, & aspectoribus fatigatis, solui iuberetur à
columna, cui fuerat alligatus.

¶ Verum, si in carne nostra, & corpore grosso,
unus ictus durus, magnum dolorem infert, quis
uerbis assequi poterit, aut digne cogitare, quan-
tum dolorem tot milia uerberum & flagellorum,
in Christi carne tenerrima & nobilissima fecerūt?
1. Iohā. 2
Nam secundū deuotos, quos de hoc edocuit un-
ctio sancti spiritus, flagellauerunt innocentis-
simum Iesum, primo flagellis & uirgis, quibus car-
nem lacerunt. Deinde cathenis & neruis, quibus li-
Prou. 27
uidam carnem, & dolorem super dolorem addi-
derunt. Tertio scorpionibus carnem eius, deo ple-
nam & benedictam lanxauerunt, fauciauerunt &
1. Cor. 1.
Sapient. 7
diruperunt. Quia ira non habet misericordiam,
nec erumpens furor, ideo imperum concitari spi-
ritus nemo ferre potest, nisi adiutus a deo, & uir-
tute indutus ex alto. Vel fuerit ipsa uirtus & sapie-
ntia patris, quam malitia uincere non potest.

Rursus

¶ Rursus reddunt ei mala pro bonis. Nam ei qui uestimenta eorum integra eis seruauit in deserto per annos quadraginta, illi *clamidem coccineam*, detritam & abiectam, ad confusionis suæ cumulum ex quo Regem Iudæorum se esse dixerat (sicut ipsi mentiebantur. Neque enim ille se Regem eorum dixerat, sed tali encomio & epitetō, ipsi eum honorauerunt, edocti à spiritu sancto, in die palmarum) *circumderunt eum*. Iohannes ait *ueste purpurea*, hoc est *rubea*. Tria erant olim insignia Regum *Purpura, Corona, & Sceptrum*, & per hæc tria, *Rex gloriæ, princeps regum terræ, qui regnat in iustitia, deridetur*. Herodes illi sit ei in bysso. Quia byssus innocentia, & purpura dilectionis synceræ, uestis illius est. Tunc rubrum factum est uestimentum eius, sicut calcantiū in torculari. ¶ Sed obiter nota, quod decem iniuriarum generibus, teste Theophylacto, Euangelistæ commemorant seruatorem & vindicatorem nostrum in domo Pontiana affectum. Dedit eis decem præcepta in monte, quæ dum seruauerūt, uiuebant in eis. At illi malum pro bonis reddentes ei, decem pœnis & illusionibus eum in domo Pontiana perduxerunt ad mortem. Ille uolens eos liberare de oppressione durissima, decem plagis percussit Aegyptum. Isti reddentes mala pro bonis, ut eum perdant, decem iniuriarum & plagarum afflictionibus, in domo Pilati eum afficiunt. Neque uero consonum est, quod Pilatus militibus & ministris diaboli illam profusæ malitiæ

M. iij. licentiam

Deut. 8.
25.Matt. 21.
Iohan. 32.Apoc. 2.
Esaiæ. 38
Prou. 38.

Esaiæ. 63

Eze. 20.

170 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Pfal. 77.** Paschæ ce' ebrabatur ac deo gratias reddebāt, consuetudine sancta unum, dignum morte dimittere solebāt, sicut illi tunc à deo erāt liberari Et aliq̃ malefactores occidere, sicut Angelus exterminator in illa nocte omnia primogenita ab homine usque ad pecus, occidit in Aegypto. Simili enim p̃na, seruus cum Domino tunc afflictus est, & popularis homo, regi familia passus. Et hanc consuetudinem ut seruarent religione perpetua, obtinuerant, muneribus & præcibus ab imperatore.
- Exodi. 12.** Sic anno præcedente mor. em Christi, Iohannem in festo Paschæ. Et post eius mortem, in eodē festo, Herodes interfecit Iacobum Apostolū, & post festum uoluit Apostolum Petrum, quem detinuit in carcere, populo producere. Et in occisione & Domini & electorum, magnum obsequiū se Domino præstare, impie arbitrabantur Iudæi impij.
- Exodi. 12.** ¶ Ecce quomodo reddūt deo mala pro bonis. Nam ea die qua eos liberauit de affligētibz eos, & eis pepercit à morte, isti eos afflixerunt, flagellaauerunt, & morte turpissima condemnauerunt.
- Matt. 27.** ¶ Sic ergo consueuit (ut Matthæus ait) unum uinctum populo durissime ceruicis, & contentio, genti apostatrici & exasperatrici dimittere, quem uoluissent. Marcus, Quemcumq̃ petissent.
- Eze. 1.** Habebat autem tunc, inter alios, in uinculis unum uinctū insignem, hoc est, pestilentem, uulgarum in malitia. Erat enim insignis, nō à nobilitate, generis, sed à magnitudine criminū. Qui Marco teste, cū seditiosus erat uinctus, ne lites & discordias, & inimicitias

imicitias inter pacem habentes continue (sicut Iohan. 8.
 mos illi erat) seminaret, & pacificos semper tur-
 baret. Sed & in seditione fecerat homicidium, pas-
 trem suum diabolum in hoc imitatus, qui ab initio
 homicida fuit. Ergo secundum legem dei & eius-
 am gentium sanctiones, nullo modo dimitti de-
 buit, sed morte puniri. Marcus addit. *Et cum as-
 cendisset turba, ad diem festum Paschæ, cepit rogare*
 Pilatum ut faceret, *sicut semper faciebat il-
 lis, ex consuetudine dimittendo unum uinctum.*
 Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: *Quem uultis di-
 mittam uobis? Barrabam, latronem & pestilentem*
 seditiosum, qui dissipauit ciuitatem, hominem
 apostatam, gradientem ore peruerso, manibus
 effundentem sanguinem, prauo corde, semper ma-
 chinantem mala, & omni tempore iurgia semis-
 nantem, an Iesum saluatorem mundi, cuius ipse sal-
 uum fecit populum suum à peccatis eorum, qui
 dicitur Christus, hoc est, ut Iohannes exprimit, *Re-
 gem Iudæorum.* Unde dixerunt die palmarum: *Ben-
 edictus qui uenit Rex, in nomine Domini, pax*
in cælis & gloria in excelsis. Et ut Iohannes ait:
*Turba multa processerunt etiam Christo, & clama-
 bant, Osanna, benedictus qui uenit in nomine*
Domini, Rex Israel. Hinc Petrus dixit, similiter
 & Martha: *Tu es Christus, filius dei uiui.* Sic Pila-
 tus proposuit eis uitam & mortem, bonum &
 malum, benedictionem & maledictionem, ut eli-
 gerent quod eis placeret, ut daretur eis. Hoc fe-
 cit, certum habens, quid essent responsuri. Sciebat

Prone. 6

Matt. 3

Lucæ. 21.

Iohan. 12

Mat. 16.

Iohan. 12

Leuit. 30.

Eccle. 15.

enim

rem, quam uitā . Vnde Christus ait: Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aque uiuæ, & fecerunt sibi cisternas dissipatas, qua continere aquas non potuerunt. Nihil enim utilitatis & consolationis ex dimissione latronis, & perditione seruatoris consecuti sunt, sed damni, meroris & afflictionis multum, & maledictionis omnes gradus & copias. Sic iudicant iudicia iniusta, gloriantes in lege, innocentes damnando, & noxios dimittendo. Verum, qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, uterque maledictus & abominabilis est apud deum. Tunc rursus omnes, in malo consentientes. Quique terrigenæ & filij hominum, simul in unum diuites & pauperes. Omnes declinauerunt a ueritate & iustitia, simul omnes inutiles facti sunt. Vnde ait: Omnes maledicunt mihi, dicentes, de malo thesauro cordis sui mali. Lucas ait, Exclamauit simul uniuersa turba: Tolle hunc & dimitte nobis Barrabam. Sic Christo facta est hæreditas sua, quasi leo in sylua, dedit contra eum uocem suam. Iohannes . erat autē Barrabas latro . Lucas . qui erat propter seditionē quandā factā in ciuitate, & homicidiū missus in carcerē. Sic noluerunt benedictionem, & elongata est ab eis, & dilexerunt maledictionē, & uenit eis. In duerunt maledictionem sicut uestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eorum, & sicut oleum in ossa eorum. Facta est eis uestimentum, quo operiunt, & sicut zona quæ semper præcingit ur. Ecce

ubi

Sapi. 2.
Hier. 8
Hier. 22

Dani. 19.

Pro. 17

Iohan. 18

Psal. 48.

Psal. 13.

Roma. 3.

Hier. 15.

Hier. 12.

Psal. 102

174 PASSIO DOMINI NOSTRI

ubi inuidia, malitia dominatur, ibi nullus respectus est iustitiæ & æquitatis. Nulla beneficiorum memoria, nulla utilitatis aut damni, boni aut mali, salutis aut perditionis, ratio & cõsideratio, sed noxia eliguntur, utilia repudiantur, malum bono præfertur. Data ecce est petitio uestra, desyderium cordis uestri, datum est uobis. Ecce interfectorum hominum elegistis ad ueniam, & saluatorem mundi, petistis ad pœnam. Ergo merito, salutem uitamque perdidistis, ac latrocinijs uos & seditionibus, adeo subdidistis, quod & locum uestrum & gentem, quæ plus Christo amastis, perdidistis, & hæc enus quam pro nihilo habuistis & uendidistis, animæ & corporis libertatem, recuperare non meruistis. ¶ Tunc Pilatus insatiabili rabie perfidorum cognita, non statim dimisit illis Barrabam. Sed alia uia conatus est Iesum eripere, dicens: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Ex quo Barrabam petitis uobis donari, Iesus autem Christus, Rex uester est. Et ineluibilis insania uestra est, & macula in gloria uestra, quæ nulla delebit obliuio, si perditus & damnatus Regem uestrum. Ideo expressius Marcus dicit Quid ergo uultis faciam Regi Iudæorum? Ego enim (ut Iohannes ait) nullam causam mortis inuenio in eo. Imo nec uos de ullo peccato eum arguere potuistis, nec potestis adhuc, quod ego audio uel audiuerim. At illi succlamantes, dicebant: Crucifige, crucifige eum, & morte turpissima condemna eum. Nec hoc solummodo propter confusionem maiorem, sed & protes

Ioh. an. 11.

Ioh. an. 8.

Lucæ. 23.

propter pœnam grauiorē. Quia clavis affixi diu-
tius uixerunt, & maiores sustinuerunt cruciatus,
quā si rota aut gladio fuissent enecti. (Lucas). Ille
autem tertio dixit ad eos: Quid enim mali fecit?
Nullam mortis causam inuenio in eo. Sic omnem la-
pidem mouit, ut eriperet agnum dei de ore leo-
rum & luporum rapatium. Corripiam ergo illum
& dimittam. Corripiam duris flagellationibus,
& postea dimittam, quia mortem & crucifixionē
quam uos petitis, non meruit. At illi instabant eo
contrario uocibus magnis, quia defecerunt scrutā-
tes scrutinio. Et quia in ueritate nudi erant, & ps-
bationibus deficiebant, ideo quod ueritate non
potuerunt, clamoribus multis obtinere niteban-
tur, postulantes ut crucifigeretur, & festinabāt fan-
guinem innoxium fundere, & inualecebant cons-
tinuis incrementis, uoces eorum. Sicut mali homi-
nes semper in peius proficere solent. Sic expecta-
uit Christus, ut uinea sua electa faceret uuas, sed
fecit spinas, & labruscas. ¶ Tūc Pilatus uidens
furentem populum non posse aliquo modo qui-
etari, sine innocentis Iesu afflictione, iterum ait:
Corripiam ergo illum, uerberibus, & dimittam. Hec
& prius dixerat, eodem Euangelista teste, sed tūc
non flagellauit eum, eo quod alius modus libera-
tionis occurrebat. Quo cum nō proficeret, modo
executus est quod dixerat. Ait ergo: Corripiam
eū, flagellando, sine suo peccato, & de uobis op-
time merito. Ut si quid in legem uestram peccas-
tuit, aut in aliquo uobis molestus fuit, aut contras-

Psal. 69.

Prouer. 1

2. Tim. 3.

Esai. 5

Lucas.

M trarius,

276 PASSIO DOMINI NOSTRI

rius (quod tamen non ostendistis) correctione facta, desinat ira uestra, & excludatur de cordibus uestris diabolica (per quam mors in orbem terrarum intrauit) inuidia & correptum liberum dimittam. Et certus sum, quod maiora bona faciet uobis quam fecit prius. Nec iniuriæ recordabitur illa.

Sapient. 2

Math. 3.

sed ex bonitatis suæ exuberantia, reddet uobis bonum pro malo, & dilectionem pro odio, & priorem misericordiã posteriore superabit. Naturale est hominum ira percitorum, quod uisa humiliatone & afflictione eorum quibus erant infensi, iram ponant, excludant malignationem. Sic & leones rugientes, prostratis parcunt. Sed intentio hæc Pilati, & si pia fuerit, quantum ad id quod uoluit Iesum liberare, crudelis tamen erat, quantum ad id quod hominem innocentem, maxime talem, filium unigenitum uidelicet dei, sine causa affligeret. Idcirco non excusat Pilatum à toto, licet à tanto. Peccauit enim grauius, sed minus quam Iudæi. Quia adactus necessitate peccauit ille, isti ex malitia, odio & electione. Quia dum Iudicis populi munereungebatur, debuit uerum iudicium iudicare, absolvere innocentem, & nocentium malitiam cohibere. Iuxta illud: Noli quæres

Ecclesi. 7

Prok. 17

re fieri Iudex, nisi uirtute ualeas irrumpere iniquitatem. Et rursus: Qui iustificat impium, & qui cõdemnat iustum, abominabilis est uterque apud deum. Auxit item peccatum Pilati, quod non leui, sed crudeli castigatione, frustra innocētissimumque Dominum afflixit & castigauit. Nam ut Ios

hannes

hannes refert: Tunc apprehendit Pilatus Iesum, exiit eum uestimentis suis, qui ornat cælum stellis arbores floribus & fructibus, terram herbis. Vt confusio nuditatis eius, omnibus appareret. Tunc ergo quædo nec solennitas festi, nec cõparatio lætronis & homicidæ, nec Christi innocẽtia, nec deĩ timor, nec eorũ legis sanctio, ualuit apud eos, qn̄ mori eũ uellent. Tũc uolens eos satiari, innocẽtis p̄cnis, & flagellauit eum, per manus suorũ militum ad columnam ligatũ. Vt undiq; laceratis carnis bus eius (Quia a planta pedis usq; ad uerticẽ capitis, nõ fuit in eo sanitas, nullus sine dolore, uulnere & liuore locus) p̄cnis eius crudelitas eorũ satiaretur. Tunc innocens agnus dedit corpus suum percutiẽtibus, & genas suas uellẽtibus nec faciẽ suam auertit ab increpantibus & cõspuẽtibus in eum. Quia autem hoc fecerit ad liberationem Dñi, Lucas testatur, dicẽs: Emendatũ dimittã illũ. Sed qd̄ uis in eo emendare, si (te teste) nihil mali fecit, & accusatores illius nihil mali cõtra eum p̄bare potuerunt. Si & princeps huius mundi, nihil in eo habuit? ¶ O popule stulte, & insipiens, heccine reddis Dño deo tuo mala p̄ bonis suis? Ipse sanauit oẽs infirmitates tuas, alligauit omnes cõrritiones tuas. Virtus de illo exibat, & sanabat oẽs. Vos cõcidistis eũ uulnere sup uulnus, & super dolorẽ uulnerũ eius addidistis. Plaga inimici p̄cussistis eum castigatione crudeli. Adco qd̄ uulnus & liuor & plaga tumens erat totũ corpus eius. Sic addidistis uulnus sup uulnus, plagam sup plagam,

M : ij gam,

Esaiæ .1.

Esaiæ .50

Iohan. 12

Deut. 32

Psal 102

Lucæ .6.

178 PASSIO DOMINI NOSTRI

gam, liuorem super liuorē, sanguinem super san-
 gunem, donec corpus illud speciosum præ filiis
 hominum, totū deformabatur. Et facies illa ple-
 na gratiarum, in quam desyderant Angeli pro-
 spicere, adeo abominabilis facta est, lurida & liui-
 da, quod non sit agnitus in plateis. Imo quasi abs-
 conditus fuit uultus iste desiderabilis ad uiden-
 dum cunctis genibus. Tam diu enim prolonga-
 stis iniquitatem uestrā, dum cum flagellastis, do-
 nec secundū doctorē Seraphicū, plus q̄ quinquies
 mille uulnera ei infixistis. Et donec ministris dis-
 aboli, & aspectoribus fatigatis, solui iuberetur à
 columna, cui fuerat alligatus.

¶ Verum, si in carne nostra, & corpore grosso,
 unus ictus durus, magnum dolorem infert, quis
 uerbis assequi poterit, aut digne cogitare, quan-
 tum dolorem tot milia uerberum & flagellorum,
 in Christi carne tenerrima & nobilissima fecerūt
 Nam secundū deuotos, quos de hoc edocuit un-
 ctio sancti spiritus, flagellauerunt innocentis-
 simum Iesum, primo flagellis & uirgis, quibus car-
 nem lacerunt. Deinde catenis & neruis, quibus li-
 uidam carnem, & dolorem super dolorem addi-
 derunt. Tertio scorpionibus carnem eius, deo ple-
 nam & benedictam lanauerunt, fauciauerunt &
 diruperunt. Quia ira non habet misericordiam,
 nec crumpens furor, ideo impetum concitati spi-
 ritus nemo ferre potest, nisi adiutus a deo, & uir-
 tute indutus ex alto. Vel fuerit ipsa uirtus & sap-
 entia patris, quam malitia uincere non potest.

Rursus

¶ Rursus reddunt ei mala pro bonis. Nam ei qui uestime. ita eorum integra eis seruauit in des-
 seruo per annos quadraginta, illi *clamidem coccineam*, detritam & abiectam, ad confusionis suæ
 cumulum ex quo Regem Iudæorum se esse dix-
 erat (sicut ipsi mentiebantur. Neque enim ille se
 Regem eorum dixerat, sed tali encomio & epite-
 to, ipsi eum honorauerunt, edocti à spiritu sancto,
 in die palmarum) *circumderunt eum*. Iohannes
 ait *ueste purpurea*, hoc est *rubea*. Tria erant olim
 insignia Regum *Purpura, Corona, & Sceptrum*,
 & per hæc tria, Rex gloriæ, princeps regum terre-
 ræ, qui regnat in iustitia, deridetur. Herodes illus
 fit ei in bysso. Quia byssus innocentia, & purpura
 dilectionis synceræ, uestis illius est. Tunc rubrum
 factum est uestimentum eius, sicut calcantium in
 torculari. ¶ Sed obiter nota, quod decem iu-
 riarum generibus, teste Theophylacto, Euange-
 listæ commemorant seruatores & vindicatores
 nostrum in domo Pontiana affectum. Dedit eis
 decem præcepta in monte, quæ dum seruauerunt,
 uiuebant in eis. At illi malum pro bonis reddentes
 ei, decem pœnis & illusionibus eum in domo
 Pontiana perduxerunt ad mortem. Ille uolens eos
 liberare de oppressione durissima, decem plagis
 percussit Aegyptum. Isti reddentes mala pro
 bonis, ut eum perdant, decem iniuriarum & plag-
 arum afflictionibus, in domo Pilati eum afficiunt.
 Neque uero consonum est, quod Pilatus militibus
 & ministris diaboli illam profuse malitiæ
 M. iij. licentiam

Deut. 8.
 25.

Matt. 21.
 Iohan. 32.

Apoc. 2.
 Esaiæ. 32
 Prou. 31.

Esaiæ. 63

Eze. 20.

180 PASSIO DOMINI NOSTRI

licentiam dederit, aut iusserit tanta crudelitate in eum debachari, sed milites suapte malitia, ut se gratificarentur Iudæis, ita insaniuisse. ¶ Primo itaq; totā cōuocarunt cohortē, tamq̄ ad ludicrū aliquod spectaculum (quo quisque uel oculos suos pascat uel oblectet, uel se actorem ingerat) fore exhibendū. Vel ut in derisum fieret omni populo. ¶ Secundo, cōstatis sannionibus & colaphāsis Christum dēnudant, pudoris & honestatis speculum, ut esset opprobrium hominum & abiectio plebis. Verum quæ uox, quæ poterit lingua retexere, quantū doloris talis dēnudatio, Christo attulerit, pudici animi homo, honoris & honestatis amator, apud seipsum facile æstinauerit. Tertio induerunt eum chlamidē coccineā, siue paludamētum. Fecerunt autem hoc, subsannando ironice, Christus mundi gloriam semper fugit, nunc quasi ambitiosus plectitur. O dolor, o pietas, o charitas ppetua. ¶ Quarto, nectunt spineam coronā, & eandem capiti sub cuius nutu etiam Angeli cōtremiscunt, & sub quo curuantur qui portant orbem, imprimunt eius capiti, qui dedit eis regnū & locum, & sub umbra alarū suarum eos protegit, sicut pupillam oculi sui, à facie impiorum, qui eos afflixerunt. Hic ironia & pœna cōuenerūt in unū. Corona sannas & irrisionem, spinæ pœnam & dolorem intulerunt. Vnde dicit Iohannes: *Et milites filij diaboli, plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, Spinæ istæ (ut Lyranus ait) iunci marini erant, ad modum spinarum acuti, penes*
tratius

Psal. 22.

Iohan. 6.

Iob. 9.

Psal. 116.

tratiui & pungitiui, intantū ut etiam homines cal-
ceati desuper ambulātes per calciamēta inter me-
dia uulnerentur. De his iuncis coronę similitudinē
plectētes atq; aculeos ad caput torquentes, capiti
tenerrimo & deo pleno, imposuerūt pro corona.
Hoc est illud regale diadema, q̄ Regē Salomo-
nem mater sua in die desponsationis suę, coronas-
uit. Quando seipsum tradidit p̄ sponsa sua Eccle-
sia, ut eā sanctificaret, & eam sibi gloriosam exhi-
beret, nō habentē maculā neq; rugam. Hęc coro-
na nimiū ac miserabiliter caput eius uulnerauit,
mille pūcturis (ut dicit Anselmus) usq; ad cere-
brū infixū, cruciauit. ¶ Sic uindicator noster p̄is-
simus à patre suo semp coronatur corona glorię.
A matre uirgine, in tēporis plenitudine & misera-
tionis diuinię, coronatus est corona infirmitatis &
humanitatis nostrę. Ab Angelis, qui ei assistunt,
corona iustitię, in die quando iudicabit orbē ter-
rarū in iustitia, & populos in egrate, dum tollent
de regno eius oīa scandala. Hodie à nouerca sua,
quę p̄ eum omnibus bonis ditata fuit, coronatur
corona spinea, corona doloris & miserię.

¶ Quinto, dedit eis sceptrū regni, at illi ingra-
ti calamon ei itidem tradiderunt, tamq̄ sceptrū.
Ideo dicit Mattheus: *et arundinē dederūt in dexte-
ra eius.* In dextera illa, quę cælum regit & terrā,
ac uniuersa quę cōdidit sustētat, p̄ scepro regio.
Quę aperit se, & omne animal sua benedictiōe im-
plet. Quę cęcorū apuit oculos, mutis uerbū, surdis
auditū dedit, leprosos suo tactu mūdauit. Et illud

M iij molieban

Cant. 3

Eps. 5

Psal. 8

Psal. 97

Matt. 23

Tobi. 12

Psa. 144

182 PASSIO DOMINI NOSTRI

moliebantur per hoc ostendere, quod regnum eius & potestas, esset regnum uacuum & fragile inane & deceptorium, & omnes qui ei initerentur, deciperentur. Sexto, itidem ironicos Regi gloriæ ingenuabantur. Iohannes. Venerunt ad eum. Matthæus. & genu flexo ante eum. Marcus adorabant eum ponentes genua. Quia ei curuantur omnia genua, cœlestia, terrestria & infernorum. Matthæus: illudebant ei, dicentes. Est enim qui nequit se humiliat, sed interiora eius plena sunt dolo: **Aue Rex Iudeorum.** Sed dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectum cum eo. Ore suo ei benedicebant, & corde suo & opere ei maledicebant. Loquebantur cum eo pacem, & uerba pacifica & honoris, mala autem erant in cordibus eorum. Hinc alibi ait: Populus iste appropinquat mihi ore suo, & labijs suis me glorificat, cor autem eorum longe est a me. Operiebant odium suum fraudulenter, & septem nequitiae erant in cordibus eorum. Sed ipse est & manet Rex, & regni eius non erit finis. Et quamuis non uultis eum regnare super uos, regnum tamen illius est regnum omnium seculorum, & dominatio illius (uelitis nolitis) a generatione in generationem. Et malis gratibus uestris, reget uos in uirga ferrea, & tanquam uas figuli confringet uos in ira sua.

¶ Septimo, colaphis, malas pulchras sicut tursuris, uerberauerunt. Vnde dicit Iohannes, & dabant ei alapas, quod probrum fuit cum pœna. Sic
 sacrosancta

facrosancta facies sole speciosior, in domo An-
 næ & Cayphæ alaparū multitudine tumida, nunc Sapi. 11.
 autem sacro cruore roseo de spinarum elicitā a Psal. 32.
 culeis, liuida, iterum percutitur, & plagis ueteris 1. Pet. 2.
 bus nouę adduntur. Nulla ei fit misericordia, qui Esaiæ. 53
 miseretur omniū, & cuius misericordia plena est Iob. 30.

¶ Octauo, faciem eam, in quam deside-
 rant Angeli aspicere, sputorum & saliuarum as-
 perginibus defēdauerunt. Adeo quod non fuit ei
 species neque decor. Vnde ait Matthæus, *expuens*
tes: Marcus. & consuebant in eum, iuxta illud: Fas-
ciem meam conspuere non uerentur. Ex quo fas-
 cies eius tumida fuit ex colaphis, & rubea ex san-
 guine defluente ex coronæ spinæ læsuris, iam al-
 bescit ex fœdis sputis, & multis, quia consuebāt
 in eum omnes filij Belial. Ideo quasi absconditus
 factus est uultus eius & despectus, adeo quod in
 plateis nō est agnitus. Et putauimus eum esse les-
 prosum, & percussum à deo & humiliatū. O splen-
 dor gloriæ paternæ, speculum sine macula, sol iu-
 stitiæ, emanatio claritatis dei syncera, candor luc-
 cis æternæ, uera lux mundi, quæ te uicit clemen-
 tia, quæ charitas te urgebat, ut adeo te humili-
 ares, dei cers & uiliter te tractari permitteres, ni-
 si ut in seculis superueniētibus ostēderes abundā-
 tes diuitias gratiæ tuæ in bonitate tua super nos? Hebr. 1.
 Sapi. 7.
 Mala. 4.
 Iohan. 9.
 2. Cor. 5.

¶ Nono, caput eius instar uasis, quod uictores
 identidem pungunt, arundine pupugerunt. Mat-
 thæus & Marcus. *Et acceperunt arundinem de ma-*
nu eius, & percutiebant caput eius. Albertus ma-

M. v. g. n. s.

284 PASSIO DOMINI NOSTRI

gnus super *Matthæum & Marcum*, dicit: *Arundo hæc, sambucus fuit, quæ est arūdo magna, in exterioribus dura, & ictibus suis liuores inducit plus quam moderatus baculus. Caput illud tremendū demonijs, reuerendū cūctis cælorū uirtutibus, uenerandū sanctis omnibus, caput benedictum in secula, a q̄ oīs benedictio cælestis, non solum in barbam & rectores, sed etiā in orā uestimentorū Ecclesiæ manat, arundine pcutitur, doloribus repletur. Quis unquam hominum, etiam pessimus, tam multis, uarijs, horrēdis, intollerabilibus & longis cruentibus est afflictus?*

Psal. 152.

Matt. 23

Luce. 11.

¶ Decimo, tamq̄ adoraturi, supplices ante ipsum ad sua genua prociderunt, ut implerent mēsuram patrum suorum, uera genimina uiperarū, adulterinæ plātationes, filij maledictiōis. *Marcus. Et ponentes genua, adorabant eum, non in spiritu & ueritate, sed despiciabiliter & irritorie. Reuersus Pilatus, & uidens Iesum sic crudeliter affictū, contritum & humiliatum, primo facinus exhorruit, cōtremuerunt omnia ossa eius, & quo se uerteret, quid faceret ut eū liberaret, ignorabat. Innocentem damnare, grande nefas esse sciebat, & morte piandum. Dimittere uero, aut difficile aut impossibile, propter malignantium instantiam, timuit. Verum omnem lapidē mouere cœpit. Exiit ergo iterum Pilatus, de prætorio in quod non introierunt Iudæi, uana religione iusti. Imo intus & foris immundi, quia inquinata erat eorum & mens & conscientia. Quæ est ista sanctitas, qua timetis*

Iohan. 4

Viti. 1.

metis maculari per ingressum domus hominis gētilis, & non formidatis effundere sanguinem iusti, boni & innocentis? Liqueatis culicem, & glutitis camelum. Exiuit ergo Pilatus, foras pratorium, ad locum in quo stabant Iudæi, & dixit eis, comiter: *Ecce adduco uobis eum foras, flagellatum & illusum, ut cognoscatis quia nullam in eo causam morte dignam, maxime crucifixionis quam uos contra ius & fas exigitis, inuenio, post diligentissimam inquisitionem. Exiuit ergo Iesus, deus marie iestatis, non gloria & honore coronatus. Non in maiestate & potestate magna, quomodo uenturus est ad iudicium, sed portans spineam coronam & purpureum uestimentum. Exiuit, non clarus imperio, sed plenus opprobrio. Insuper, Pilatus ut facilius ad misericordiam feroces bestias commoueret, & compassionem naturæ, sciens quia omne animal diligit sibi simile, sicut omnis homo similem sibi. Sic etiam naturaliter quilibet compatitur sibi simili. Ideo naturæ identitatem speciem commemorat, dicens ut eos ad misericordiam & clementiam prouocaret: *Ecce homo. Quasi si dicat: Misere mini eius, misere mini illius, saltem uos amici eius quia caro & frater uester est. Non est canis uilis, quamuis cane miserabilius sit tractatus. Sed homo est, similis uobis in natura, sed innocentior uobis in uita, & benignior in cōmunicacione omnium bonorū suorū affluētissima, cum ingrati & mali sitis. Ecce genus uestrū & ppinquū, gratis plegmini & odio iniquo oditis. Et si forte**

in

Matt. 23

Psal. 22.

Psal. 8.

Matt. 25

Eccle. 13.

Gene. 37

186 PASSIO DOMINI NOSTRI

in uerbo uos offendit. quo se regem dixit, uidetis
 quia regius cultus, ei in pœnam mutatus est & des
 spectum. Si regi inuidetis, iam parcite, quia des
 iectū uidetis, feruet ignominia, quiescat inuidia.
 Estote ei misericordes, sicut pater cœlestis mis
 ericos est: Ecce homo Cyrillus. Satiāmini sanguine
 innocētē fuso, si qd humanitatis in uobis est, si que
 uiscera miserationis uobis sunt. Leo & urfa raptis
 catulis, sic humiliato parcerēt. Parcite uos Regi
 uestro, ueritatis doctōri, omniū bonorum largi
 tori, maximo omium benefactori. Si hulus uest
 rum tetigit, uitia uestra repræhendendo, ueris
 tatem dicendo (ut ueritas odiū parere solet) bos
 ni hoc æquique consulite. Vestra hoc exegit iniqui
 tas, & ad hoc eum sua compulit (qua salutem uest
 ram dei æmulatione æmulatur) sincera charis
 tas. Quis enim pater non flagellat filium, iniqua
 designantem? Non ut eum perimat, sed ut eū bos
 nis moribus insti uat. Extremæ dementiæ est, &
 mente capti, medico urenti & amarus succus lars
 gienti, ubi hoc necessitas expostulat, succensere,
 maledicere & mortem intentare. Et quare uirgā
 paternæ dilectionis, doctrinam salutis, medica
 mentum sanitatis, respuitis? Laudo uos, in hoc nō
 laudo. An excidit, quod melior est manifesta cor
 rectio, quam amor absconditus? Hoc folium Sy
 billæ alta mente recondite. Nempe, meliora esse
 uulnera (quæ tamen nulla uobis fecit, sed omnes
 contriciones uestras & infirmitates, sanauit) dili
 gentis, quam fraudulenta oscula odientis. An nesci
 citis,

Lucæ 6

1. Cor. 11.

Hebr. 12

1. Cor. 11

citis, quod qui odit increpationes, inspiens est, &
 qui eas odit, morietur morte peccatorum pessima. *Prover. 12.*
 Quid hac infania uestra detestabilius? Quid *Prou. 15.*
 hac ingratitude uestra execrabilius? Quid hac
 malitia uestra damnabilius? Redite quapropter *Prouer. 8.*
 ad cor, diligite diligentem, benefactorem maximam amate. *Sapient. 8.*
 Nolite ei reddere malum pro bono,
 & odium pro sua dilectione. Nolite mortem eius
 expetere, qui mortuos uestros reddidit uitæ ue-
 stræ. Nolite item mortem uestram zelare in erro-
 re uitæ. Neque acquirite perditionem uestram in
 operibus manuum uestrarum, & calumnijs falsis,
 quibus hunc accusatis, & perdere cogitatis. Sed
 heu per hæc nõ est inuidia eorum sopita, sed au- *Roma. 1.*
 cta, & magis accensa. Nam quos mitigare insti-
 tuerat, eos plus indurauit, hoc est, in reprobū sen-
 sum datorum, in arcum prauum conuersou pro-
 prium, ut quo plus illis cõcedas, hoc plus à te ex-
 igunt. Nec multis sermonibus, ut rectum sapiant,
 diligant & faciãt, persuaderi possunt, sed semper
 ex bona doctrina, peiores fiunt & obstinatiores in
 malo. Nam quanto plura ligna in ignem ponis, eo
 in maiores flammæ exurgit. Sic quãto plus ratio-
 nem reddis in reprobum sensum dato, eo perti-
 nacior fit in malo proposito suo. Vnde sequitur:
Act. 17.
 Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri, filij
 Belial & maledictionis, pleni omni malitia & in-
 iquitate, inimici omnis iustitiæ, clamauerunt, om-
 nes, pusilli & magni, dicentes. Nihil enim furor
 eorum, non sinebat eos quieto spiritu loqui. Ex-
 pectauit

etia certabo usque ad mortem . Vos in tam altum
 & profundum omnium malorum uenisse uideo, Eccl. 4 .
 adeo excæcatos per malitiam , adeo desperatos, Prou. 18
 adeo præsumptuosos , adeo elongatos à deo , & Sapientia
 datos in reprobum sensum , quod omnem ueritatē
 impugnatis pertinacissime, omnem iustitiam
 abiicitis malitiosissime, omnem innocentiam persequimini
 impudentissime, ius fasque confunditis,
 contemnitis, conculcatis & probro datis insolentissime .
 At ego deos timeo , persuasus & certus sum quod memores erunt fandi atque nefandi .
 Ideo, nolo uestri similis esse . Nolo me uestris peccatis
 participem facere . Nolo innocentiam perdere, uitam & uitę
 authorem occidere, iusti sanguinem super me inducere .
 Quia non inuenio in eo causam mortis . Et nihil hucusque
 contra cum uestri adduxistis, & quicquid ptulistis, falsum est,
 excogitarum & mentitū . Et si scire uultis, uos mortis
 rei estis , & filij mortis , iuxta legem talionis .
 Nam qui false , mendaciter & dolose proximum suum
 accusat , deprehensus de malitia & falsitate Deut. 19
 re sua , eandem pœnam & damnationem sustinere debet,
 quam super proximum suum inducere intendebat .
 Verum, si unus aut alter in hac reus esset malitia,
 ultricę manū sustinere deberet, etiã si summo
 fungeretur sacerdotio, uel princeps in gēte uestra foret .
 Sed cum oēs simul in unum, diuites & pauperes,
 senes cum iunioribus, principes & iudices terrę,
 in eadem sitis damnatione, eadē malitię catena
 constricti, de eodē furoris & irę dei

180 PASSIO DOMINI NOSTRI

licentiam dederit, aut iusserit tanta crudelitate in eum debachari, sed milites suapte malitia, ut se gratificarentur Iudæis, ita insaniuisse. ¶ Primo itaq; totā cōuocarunt cohortē, tamq̄ ad ludicrū aliquod spectaculum (quo quisque uel oculos suos pascat uel oblectet, uel se actorem ingerat) fore exhibendū. Vel ut in derisum fieret omni populo. ¶ Secundo, cōstatis sannionibus & colaphātis Christum dénudant, pudoris & honestatis speculum, ut esset opprobrium hominum & abiectio plebis. Verum quæ uox, quæ poterit lingua retexere, quantū doloris talis dénudatio, Christo attulerit, pudici animi homo, honoris & honestatis amator, apud seipsum facile æstinauerit. Tertio induerunt eum chlamidē coccineā, siue paludamentum. Fecerunt autem hoc, subsannando ironice, Christus mundi gloriam semper fugit, nunc quas si ambitiosus plectitur. O dolor, o pietas, o charitas ppetua. ¶ Quarto, nectunt spineam coronā, & eandem capiti sub cuius nutu etiam Angeli cōtremiscunt, & sub quo curuantur qui portant orbem, imprimunt eius capiti, qui dedit eis regnū & locum, & sub umbra alarū suarum eos p̄texit, sicut pupillam oculi sui, à facie impiorum, qui eos afflixerunt. Hic ironia & pœna cōuenerūt in unū. Corona sannas & irrisionem, spinæ pœnam & dolorem intulerunt. Vnde dicit Iohannes: *Et milites filij diaboli, plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, Spinæ istæ (ut Lyranus ait) iunci marini erant, ad modum spinarum acuti, penetratiui*

Psal. 22.

Iohan. 6.

Iob. 9.

Psal. 16.

trahit & pungitui, intantū ut etiam homines caly
ceati desuper ambulātes per calciamēta interme
dia uulnerentur. De his iuncis coronę similitudinē **Cant. 3**
plectētes atq; aculeos ad caput torquentes, capiti **Epr. 5**
tenerrimo & deo pleno, imposuerūt pro corona.
Hoc est illud regale diadema, q̄ Regē Salomos
nem mater sua in die desponsationis sue, coronas
uit. Quando se ipsum tradidit, p̄ sponsa sua Eccles
sia, ut eā sanctificaret, & eam sibi gloriosam exhis
beret, nō habentē maculā neq; rugam. Hęc coron
na nimiū ac miserabiliter caput eius uulnerauit,
mille pūcturis (ut dicit Anselmus) usq; ad cere
brū infixū, cruciauit. ¶ Sic uindictor noster p̄is **Psal. 3**
simus à patre suo semp coronatur corona glorię.
A matre uirgine, in tēporis plenitudine & misera
tionis diuinię, coronatus est corona infirmitatis & **Psal. 97.**
humanitatis nostrę. Ab Angelis, qui ei assistunt, **Matt. 13**
corona iustitię, in die quando iudicabit orbē ter
rarū in iustitia, & populos in egrate, dum tollent **Tobi. 13.**
de regno eius oīa scandala. Hodie à nouerca sua,
quę p̄ eum omnibus bonis ditata fuit, coronatur
corona spinea, corona doloris & miserię.

¶ Quinto, dedit eis sceptrū regni, at illi ingra
ti calamon ei itidem tradiderunt, tamq̄ sceptrū.
Ideo dicit Matthęus: *Et arundinē dederūt in dexte
ra eius.* In dextera illa, quę cælum regit & terrā, **Psal. 144**
ac uniuersa quę cōdidit sustētat, p̄ scepro regio.
Quę aperit se, & omne animal sua benedictiōe im
plet. Quę cęcorū apuit oculos, mutis uerbū, surdis
auditū dedit, leprosos suo tactu mūdauit. Et illud

M iij molieban

facrosancta facies sole speciosior, in domo An
næ & Cayphæ alaparū multitudine tumida, nunc *Sapi. 11.*
autem sacro cruore roseo de spinarum elicitā a *Psal. 32.*
culeis, liuida, iterum percutitur, & plagis ueteri *1. Pet. 2.*
bus nouę adduntur. Nulla ei fit misericordia, qui *Esaiæ. 53*
miseretur omniū, & cuius misericordia plena est *Iob. 30.*

¶ Octauo, faciem eam, in quam deside
rant Angeli aspicere, sputorum & saliuarum as
perginibus defēdauerunt. Adeo quod non fuit ei
species neque decor. Vnde ait Matthæus, *expuens*
tes: Marcus. & consuebant in eum, iuxta illud: Fac
ciem meam conspuere non uerentur. Ex quo fac
cies eius tumida fuit ex colaphis, & rubea ex san
guine defluente ex coronæ spinæ læsuris, iam al
bescit ex fædis sputis, & multis, quia consuebāt
in eum omnes filij Belial. Ideo quasi absconditus
factus est uultus eius & despectus, adeo quod in
plateis nō est agnitus. Et putauimus eum esse le
prosum, & percussum à deo & humiliatū. O splen
dor gloriæ paternæ, speculum sine macula, sol iu
stitiæ, emanatio claritatis dei syncera, candor luc
cis æternæ, uera lux mundi, quæ te uicit clemen
tia, quæ charitas te urgebat, ut adeo te humili
ares, deicers & uiliter te tractari permitteres, ni
si ut in seculis superueniētibus ostēderes abundā
tes diuitias gratiæ tuæ in bonitate tua super nos?

Hebr. 1.
Sapi. 7.
Mala. 4.
Iohan. 9.
2. Cor. 5.

Ephe. 2.

¶ Nono, caput eius instar uasis, quod uictores
identidem pungunt, arundine pupugerunt. *Mat*
thæus & Marcus. Et acceperunt arundinem de ma
nu eius, & percutiebant caput eius. Albertus mas

M V gnus

metis maculari per ingressum domus hominis gē
 tilis, & non formidatis effundere sanguinem iu
 sti, boni & innocentis? Liquatis culicem, & glutis
 tis camelum. Exiuit ergo Pilatus, foras pratoris
 um, ad locum in quo stabant Iudæi, & dixit eis, com
 miter: *Ecce adduco uobis eum foras, flagellatum*
& illusum, ut cognoscatis quia nullam in eo causam
morte dignam, maxime crucifixionis quam uos
contra ius & fas exigitis, inuenio, post diligentis-
simam inquisitionem. Exiuit ergo Iesus, deus ma-
iestatis, non gloria & honore coronatus. Non
in maiestate & potestate magna, quomodo uentu-
rus est ad iudicium, sed portans spineam coronam
& purpureum uestimentum. Exiuit, non clarus imp-
erio, sed plenus opprobrio. Insuper, Pilatus ut
facilius ad misericordiam feroces bestias com-
moueret, & compassionem naturæ, sciens quia
omne animal diligit sibi simile, sicut omnis homo
similem sibi. Sic etiam naturaliter quilibet com-
patitur sibi simili. Ideo naturæ identitatem specis-
ficam commemorat, dicens ut eos ad misericor-
diam & clementiam prouocaret: Ecce homo. Quis
si dicat: Misere mini eius, misere mini illius, saltem
uos amici eius, quia caro & frater uester est. Non
est canis uilis, quamuis cane miserabilius sit tracta-
tus. Sed homo est, similis uobis in natura, sed in-
nocentior uobis in uita, & benignior in cōmunis-
catione omnium bonorū suorū affluentissima, cum
ingrati & mali sitis. Ecce genus uestrū & ppinquū,
gratis psequimini & odio iniquo oditis. Et si forte
in

Matt. 23

Psal. 28.

Psal. 8.

Matt. 29

Eccle. 19.

Gene. 37

186 PASSIO DOMINI NOSTRI

in uerbo uos offendit. quo se regem dixit, uidetis
quia regius cultus, ei in pœnam mutatus est & des
spectum. Si regi inuidetis, iam parcite, quia des
iectū uidetis, feruet ignominia, quiescat inuidia.
Estote ei misericordes, sicut pater cœlestis misera
ricos est: Ecce homo Cyrillus. Satiāmini sanguine
innocētē fuso, si qd humanitatis in uobis est, si que
uiscera miserationis uobis sunt. Leo &ursa raptis
catulis, sic humiliato parcerēt. Parcite uos Regi
uestro, ueritatis doctōri, omniū bonorum largi
tori, maximo omium benefactori. Si hulus uest
strum tetigit, uitia uestra repræhendendo, uerit
tatem dicendo (ut ueritas odiū parere solet) uos
in hoc æquique consulite. Uestra hoc exegit iniqui
tas, & ad hoc eum sua compulit (qua salutem ue
stram dei æmulatione æmulatur) sincera chari
tas. Quis enim pater non flagellat filium, iniqua
designantem? Non ut eum perimat, sed ut eū uos
nis moribus insti uat. Extremæ dementiæ est, &
mente capti, medico urenti & amarus succus larg
gienti, ubi hoc necessitas expostulat, succensere,
maledicere & mortem intentare. Et quare uirgā
paternæ dilectionis, doctrinam salutis, medica
mentum sanitatis, respuitis? Laudo uos, in hoc nō
laudo. An excidit, quod melior est manifesta cor
rectio, quam amor absconditus? Hoc folium Sye
billæ alta mente recondite. Nempe, meliora esse
uulnera (quæ tamen nulla uobis fecit, sed omnes
contritiones uestras & infirmitates, sanauit) dilis
gentis, quam fraudulenta oscula odientis. An nesci
tis,

Lucæ 6

1. Cor. 11.
Hebr. 12

1. Cor. 11

citis, quod qui odit increpationes, inspiens est, &
 qui eas odit, morietur morte peccatorum pessima. Prover. 12.
 Quid hac insania uestra detestabilius? Quid Prover. 15.
 hac ingratitude uestra execrabilius? Quid hac
 malitia uestra damnabilius? Redite quapropter Prover. 8.
 ad cor, diligite diligentem, benefactorem maximam amate. Sapient. 8.
 Nolite ei reddere malum pro bono,
 & odium pro sua dilectione. Nolite mortem eius
 experere, qui mortuos uestros reddidit uitæ uest-
 ræ. Nolite item mortem uestram zelare in erro-
 re uitæ. Neque acquirite perditionem uestram in
 operibus manuum uestrarum, & calumnijs falsis,
 quibus hunc accusatis, & perdere cogitatis. Sed
 heu per hæc nõ est inuidia eorum sopita, sed au- Roma. 1.
 cta, & magis accensa. Nam quos mitigare insti-
 tuerat, eos plus indurauit, hoc est, in reprobū sensu-
 sum datorum, in arcum prauum conuersou pro-
 prium, ut quo plus illis cõcedas, hoc plus à te ex-
 igit. Nec multis sermonibus, ut rectum sapiant,
 diligant & faciãt, persuaderi possunt, sed semper
 ex bona doctrina, peiores fiunt & obstinatiores in
 malo. Nam quanto plura ligna in ignem ponis, eo
 in maiores flammæ exurgit. Sic quãto plus ratio-
 nem reddis in reprobum sensum dato, eo pertinacior
 fit in malo proposito suo. Vnde sequitur: Act. 19.
 Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri, filij
 Belial & maledictionis, pleni omni malitia & in-
 iquitate, inimici omnis iustitiæ, clamauerunt, om-
 nes, pusilli & magni, dicentes. Nimius enim furor
 eorum, non sinebat eos quieto spiritu loqui. Ex-
 pectauit

etia certabo usque ad mortem . Vos in tam altum
 & profundum omnium malorum uenisse uideo, *Eccl. 4 .*
 adeo excæcatos per malitiam , adeo desperatos, *Prox. 18*
 adeo præsumptuosos , adeo elongatos à deo , & *Sapientia*
 datos in reprobum sensum , quod omnem ueritatē
 impugnatis pertinacissime, omnem iustitiam
 abijcitis malitiosissime, omnem innocentiam persequimini
 impudentissime, ius fasque confunditis,
 contemnitis, conculcatis & probro datis insolentissime .
 At ego deos timeo , persuasus & certus sum quod memores erunt fandi atque nefandi .
 Ideo, nolo uestri similis esse . Nolo me uestris peccatis
 participem facere . Nolo innocentiam perdere, uitam & uitę
 authorem occidere, iusti sanguinem super me inducere .
 Quia non inuenio in eo causam mortis . Et nihil hucusque contra eum ueri
 adduxistis, & quicquid ptulistis, falsum est, excogitatum
 & mentitū . Et si scire uultis, uos mortis rei estis ,
 & filij mortis , iuxta legem talionis . Nam qui false,
 mendaciter & dolose proximum suum accusat ,
 deprehensus de malitia & falsitate *Deut. 19*
 te sua , eandem pœnam & damnationem sustinere
 debet , quam super proximum suum inducere intendebat .
 Verum, si unus aut alter in hac reus esset malitia,
 ultricę manū sustinere deberet, etiã si summo
 fungeretur sacerdotio, uel princeps in gēte uestra foret .
 Sed cum oēs simul in unum, diuites & pauperes,
 senes cum iunioribus, principes & iudices terrę,
 in eadem sitis damnatione, eadē malitię catena
 constricti, de eodē furoris & irę dei

- dei calice inebriati ; ideo ultionem tam execra-
Prok. 9 bilis facinoris , iusto dei uestri iudicio committes
Matt. 16 re cogor. Cuius zelus & furor non parces uobis,
Iob. 20. in die iræ & uindictæ , quando reddet unicuique
Gen. 42. secundum opera sua. Tunc luetis omnia, que nunc
 in iustum hunc peccatis . Tunc sanguis eius ex-
Hebr. 11. retur de manibus uestris. Et si in præsentî uita, ad
2 Mar 6. tempus punitio uestra differtur , tamen omnipot-
 tentis dei manum (in quam horrendum est inci-
 dere) nec uiu nec defuncti effugietis . Si lento
Valerius gradu ad uindictâ sui diuinâ ira non unquam pro-
Iob. 19. cedit , non hoc uobis ausum præbere , sed terrorē
 potius incutere deberet , quia tarditatem , grauis
 rate supplicij compensat. Fugite quapropter à uē-
 tura ira & à facie gladij id est, à sentētia iusti Iudis-
 cis, quoniâ gladius iste, ul: or iniquitatū est , & scis-
 tote esse iudicium. ¶ Videntes ergo filij diaboli
 Pilatum suis obsistere molitionibus & desiderijs,
 eludere falsas calumnias eorum , & tanquam nus-
 gaces eos estimare, Christum innocentem mani-
 bus & mundo corde astruere, & ipsos iniuf. itia,
 impietatis & malitię arguere, & palam traducere.
Eccle. 4. Illum omnimodis in uita ad seruandum, ipsos au-
 tem reos legibus esse, & morte turpissima dignos
 & iuste perdendos. Tunc confusione confusi, que
 adducit peccatum, rabido ore, prout spiritus dis-
Rom 7. fidentię, qui in eis loquebatur, & operabatur con-
 tra agnum dei fremuerunt , dicentes: Nos legem
 habemus sanctam, iustam & bonam, à deo Domi-
 no cæli & terrę , nobis in dispositione Angelorū
 datam,

datam, & secundum legem, istam immaculatam de-
 bet mori, uelis nolis, etiã malis gratibus tuis. Imò *Iohan. 2.*
 etiam si cœlum ruere, & tota mundi machina in *Act. 7.*
 nihilum redigi deberet, & nos cum eo. Debet mo-
 ri, quantumlibet tu frustra obnitens, cum de ma-
 nibus nostris eximere coneris. Et causa huius est,
 quia filium dei se fecit. Ecce legem allegant, quam
 nullus eorum seruauit & custodiuit. Sunt illorum
 multi similes, usq; in hodiernam diem, qui iura,
 leges, sanciones, & patrum traditiones, contra in-
 nocentes allegant, & sacras scripturas, ut eos pu-
 niant, ut eorum substantiam sibi deripiant, ut uini-
 causæ humilium faciant, & uidux & pupilli sunt *Esai. 29.*
 præda eorum. Ut impios iustificent, & iustitiam *Esai. 5.*
 iustorum auferant ab eis. Ipsi autem scripturas & *Matt. 23.*
 sacras cõstitutiones quas allegãt, digito suo inini-
 mo nõ tangũt. ¶ Sed hic mentitur iniquitas sibi.
 Ipse nõ fecit se filium dei, sed pater suus cœlestis, *Iohan. 8.*
 quem uos dicitis, quia deus noster est, & nõ cog- *Psal. 109.*
 nouistis eum, ille ante luciferum ex utero suo eũ *Ps. 2.*
 genuit deum, sicut scriptum est in lege dei: Et ipse
 se pater genuit filium sibi cœternum, cœqualem *Sapi. 2.*
 & cõsubstantialẽ. Recte quapropter uere Chris- *Col. 1.*
 tus se filiũ dei nominauit, & gloriabatur patrẽ se *Hebre. 1.*
 habere. deũ. Falsum proinde est & blasphemia, *Sap. 7.*
 quod ipse se fecit filium dei, sed pater generando
 eum, fecit eum sibi deũ æqualẽ. Ideo est imago dei
 inuisibilis, splendor gloriæ, & figura substantiæ pa-
 ternæ. Vapor uirtutis dei est, & emanatio quædam
 claritatis omnipotentis dei sincera. Candor est

N lucis

192 PASSIO DOMINI NOSTRI

lucis eterne, speculū sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et ideo qui cognoscit & uideret filiū, cognoscit & uidet patrē, quia pater & filius unū sunt. Et pater est in filio, & filius est in patre. Et pater & filius & spiritus sanctus, unus, indiuisus, coeternus, coequalis & consubstantialis sunt deus. Super omnia benedictus in secula. Si ipse se deo patri faceret aequalem, ut per calumniā prius falso ei exprobrauisset, faceret rapinam, & caderet sicut cecidit pater uester. Qui dū se aequalem uoluit facere deo, cum non esset, cecidit ut fulgur e caelo, & ex angelo, diabolus est factus. Et eadem techna homini imposuit, & cum felicitate priuauit, cum dixit: Gustate & eritis sicut dii. Christus ergo non fecit se deum, sed ab eterno ex patre natus est deus, uirtus & sapiētia patris. Et hoc ipse uoce patris de caelo, in baptismo, in transfiguratione, & in templo facta super eum, probauit. Ostendit id ipsum attestatione operum, quæ nemo alius fecit. Atrnebat item illud multis scripturis.

¶ Sic legis transgressores pessimi, contra legis seruatorem & adimpletorē absolutissimū, legē detorquēt, ut nocētes innocentē pdant, mali bonum occidant, blasphemī, ipsam ueritatem piment. Sed uos conuenio deicidas & omnis iustitiæ inimicos. Si Christus blasphemus esset (ut uos mendacissime eum infimulatis) lapidandus foret iuxta legem. Sed quo legis pretextu uel mādato, exposcitis eū crucifigi & morte turpissima condemnari? Rursus: Lex dicit, maleficos non patieris uiuere, & tamen

men uos Barrabam maleficum & homicidam uiuificastis. Sed ob religionem festi, latronem absoluitis. Verū quę religio, quod festū, quę lex urgebat uos ad crucifixionē innocētis Christi. Si dicitis, qđ unus tantū in festo absolui debuit. Quid tūc dicitis ad hoc, qđ nocens pręelectus est innocēti, malefactor benefactori, occisor uiuicatori. Hoc nulla ratiōe potest excusari. Imo contra legē est, quę dicit, qđ innocens & iustus nullo modo debet occidi. Iuxta illud: Infontē & iustum non occides.

¶ Cum autem audisset Pilatus hunc sermonem, istius nouę accusationis falsę, magis timuit. Non propter legem Iudęorum, quā pro nihilo habuit, sed ne uerū esset, qđ Iesus sibi oblati, esset filius dei. *Exod. 23*
 Quia multū excessisset, ac grande nefas & morte *Dani. 13*
 piandū fecisset, tā crudeliter ipsum flagellando. Prius exhorruit innocentē perdere, nūc uero expauescit occidere dei sapiētia & uirtutē. Ideo diligētissime ueritatē huius inquit. Et ingressus est perfrōdos Iudęos, quos fabricatores mēdaciōrū cōprobauerat relinquens, in prętorium cū solo Iesu, iterū, examinando eum de ista accusatione. Solus cum *Iob. 19*
 solo ore ad os loquitur absque arbitris Iudęis, ne per eos colloquutionis mutę sermo, interrumpere-
 retur, & comiter dixit ad Iesum, Qui usque huc foris stetit cū Pilato, sacerdotalibus & regalibus ues-
 timentis suis indutus, tacēs ad omnia obiectā eorū. *Cor. 14*
 sicut agnus. Vnde es tu? Cuius originis, diuinę an humanę? Gentilis Pilatus ignorantia ueri Dei habuit, unde & ignorāus ab eo, sed cū suspicabat

aut Iouis aut Mercurij, aut alterius alicuius potentis (qualia multa finxit fascinata gentilitas) filium esse. Qui reuera dii non erant, sed demonia, & idola muta & uana. *Iesus autem responsum non dedit ei.* Tacuit hic agnus dei coram se tondeute, ne margaritas spergeret ante porcum, pedibus illius consulcandas. Tum, ne sanctum cani daret, dirumpendus ab eo. Tū quia homogentilis & idololatra, inflatus superbia, ambiciosus, seculum hoc diligens & ea quæ sunt in mundo, sacramentum generatisonis diuinæ & occultum sapientiæ hoc maximum suo captu penetrare non potuit. Abscondit hoc pater cœlestis, sapientibus in oculis suis, & prudentibus secundum seculum hoc, & reuelat illud paruulis in oculis suis. Vbi humilitas, ibi sapientiæ. Hic sermo iustitiæ docendus est, inter perfectos. Alij lacte potandi sunt. Tacuit item ex abyssali misericordia, ne passionem suam, redemptionis & magnæ pietatis sacramentum diutius, per confessionem ueritatis, prorogaret. Si enim Pilatus Christi generationem cognouisset, nunquam Regem & Dominum gloriæ, filium altissimi dei uiui, crucifixisset. Tacuit quia iam ei dixerat quod in hunc mundum uenit, ut testimonium ueritati perhiberet. Semel autem loquitur deus, & secundo id ipsum non repetit. Dixerat quippe: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo. Item: Exiui a patre meo, & ueni in mundum &c. Vbi loquitur, ibi est doctor iustitiæ & magister, ueritati testimonium perhibens, ubi non

non responderet, ibi tacet ut agnus dei coram se rōdente. Verum, hoc sensu carnis suæ frustra inflatus, inconstans Pilatus egre tulit, & stomachabatur sibi non responderi. Ideo in furore suo Christum arguebat. Dixit ergo ei Pilatus, cum prouocans ad responsum, per quod calumnia ista falsa ad nihilum redigeretur, & in authores retorqueretur mihi. tuo iudici, Romani imperij in hoc loco administratori, non respondes, qui in causa tua, uitæ & mortis clauis habeo. Verum apud Lucam huius Iudæis iam reddita ratio taciturnitatis est, ubi eis dixit: Si dixero uobis, non creditis mihi. Quia uir inspiens non cognoscit æternæ generationis meæ sacramentum, & stultus gentilis, nō intelligit hæc mysteria profunda. Si uero interrogauero te, non respondebis mihi ea quæ sunt sanctæ doctrinæ. Neque me dimittis scio. Quia arundine es instabilior, & quæris quæ tua sunt & non quæ placita coram deo, ac hominem magis quam deum times. Nescis quia potestatem habeo crucifigere te. Ecce rugitus leonis, ecce quomodo tumet collum serpens. O miser & miserabilis, quod te eleuat cor tuum? Quid tumet contra deum spiritus tuus, ut proferas de ore tuo huiusmodi sermones? Quid gloriaris in malitia, & quod potes es iniquitate? Omnis caro fenum, & omnis gloria eius coram deo, quasi flos agri. Omnis gloria hominis qua frustra extollitur, stercus & uermis est, & in ignominiam commutatur. Sic securis gloriaris contra eum qui fecit in te, & serra exaltaris contra eum, a quo tras

Lucæ. 22

Psal. 91.

Iob. 15.

Psal. 51.

Esaia. 4

1. Mat. 2.

Osee. 4

Esaia. 10

N ij - heris.

296 PASSIO DOMINI NOSTRI

heris. Sic uirga eleuas te contra te eleuantem & baculus qui utiq; lignum es, & potestatem habeo dimittere te, si uolo. At hic illaqueatus es uerbis oristui.

Proter. 9
Iob. 6

Ex uerbis istis cōdemnaus es, iuxta illud: Os tuū te condēnat. Si causam mortis nullā inuenisti in eo. Et nosti qđ p solam inuidiam tibi traditus est, & potestatem habes dimittendi eum, q̄re igitur in fontē damnasti & iustū occidisti? Placere magis uoluisti hominibus q̄ deo. Gloriam hominū magis dilexisti, q̄ gloriam Dei, & iniuste iudicādo p̄didisti utramq; Nam cōfusus es, q̄a hominibus placere uoluisti, quoniā Deus te spreuit. Hinc Paulus ait: Si adhuc hominibus placere, Christi seruus nō essem. Et ex q̄ de sua se potestate iactauit infelix Pilatus, quam in p̄dicationē acceperat, & nō in destructionē. In inuocentum defensionem, & nō in eorum p̄ditionem. Nam potestate p̄diti, ministri Dei esse debent, in iram eis q̄ male agunt, eis uero q̄ bonum agunt, ambulant in lege Domini, digne Deo & euangelio uiuunt, immaculatos se ab hoc seculo custodiūt, refugium esse debent & uirtus adiutores in tribulationibus, quę oēs pie in Christo uiuere sat agentes, inueniūt nimis, & uindictores à p̄secutoribus eorum. Et non relinquere hominē nocere eis, siue paruus sit siue magnus. Vn̄ de sapientia Dei, Iesus respondit, insensato Pilato, eius iactantiam fastuosam, & tumorem inanem confundens. Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi data esset de super, à deo, à q̄ est oīs potestas, & ab imperatore. Ergo homo es sub potestate

Iohan. 12
Psal. 52.
Galla. 1.
2. Cor. 15.
Rom. 13.

Ephē. 4.
Psal. 45.

Rom. 12.

Luce. 7.

eorum p̄ditionem. Nam potestate p̄diti, ministri Dei esse debent, in iram eis q̄ male agunt, eis uero q̄ bonum agunt, ambulant in lege Domini, digne Deo & euangelio uiuunt, immaculatos se ab hoc seculo custodiūt, refugium esse debent & uirtus adiutores in tribulationibus, quę oēs pie in Christo uiuere sat agentes, inueniūt nimis, & uindictores à p̄secutoribus eorum. Et non relinquere hominē nocere eis, siue paruus sit siue magnus. Vn̄ de sapientia Dei, Iesus respondit, insensato Pilato, eius iactantiam fastuosam, & tumorem inanem confundens. Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi data esset de super, à deo, à q̄ est oīs potestas, & ab imperatore. Ergo homo es sub potestate

reſtate cōſtiturus. Et hęc accepisti in deſenſionē
 innocētum, & iā uindictā malorum. Et ex hoc
 arguit poteſtatis illius abuſum, & peccatum. *Prop*
pterea qui me tradidit tibi, Iudas & Iudæi, maius
peccatum habet. Quia Iudas ex auaritia, Iudæi ex
inuidia & rancore, Pilatus ex timore tradidit Chriſ
ſtum. Sic excuſatur à tanto, non à toto. Et ex quo
Ieſus dixit eum habere peccatum, exinde, id eſt,
propter hoc uerbum, querebat Pilatus, uias & mo
dos, dimittere eum, ne haberet hoc graue pecca
tum, quod occideret eum, quem ſciebat innocē
tem. Pauet gentilis, indurantur Iudæi & creſcunt
in malitia. ¶ Iudæi uero ſtudium Pilati conſide
rantes, acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes, ac
uenenum aſpidum, quo lingua eorum plena erat,
effuderunt. Vnd ait Iohannes: Iudæi, exaſperans
domus, duri ſeruiſe, indomabili corde, deſperati
in ſeipſis, & oīs iuſtitie inimici, clamabant, iuxta ille
Iud. Aperuerunt ſuper me os ſuū (Satanaſ ſynago
ga, filij Belial) ſicut leo rapiens & rugiens. Et irea
rum: Faeta eſt mihi hæreditas mea Iſrael, quaſi
leo in ſylua. Dedit contra me uocem ſuam, dicen
tes: Si hunc dimittis, non es amicus & fidelis mini
ſter, Cæſaris, hoc eſt, Non zelus ꝑ honore, ſtatu &
pæce imperatoris. Inuaſorē imperij, ambientē res
gnū, dimittēdo impunitū. Nec hoc tibi cedit in
bonū, ſed iram imperatoris ſup te induces, & eſſes
ceris reus mortis. Nec reris qd hoc non reueletur
Cæſari, nos in hac cauſa accuſatores tui erimus, &
indulgentiæ tuæ teſtes. Pilatus aut cum audiſſet hos

Pſal. 139

Pſal. 22

Hiere. 22

N iij ſermones,

192 PASSIO DOMINI NOSTRI

Sermones, de accusatione apud Cæsarem, timore timere cepit, ubi non erat timor. Verum qui timet

Pfal. 13. hominem magis quam deum, cito corrumpitur in peccatum. Recte ergo seruator dixit: Nolite timere

eos qui corpus occidunt, & post hoc quod agant non habent quicquam, sed eum timete, qui potest

& corpus & animam perdere in gehennā. Ergo

quis es tu Pilate, & times ab homine mortali. Certa

pro iustitia, iuste iudica, subueni oppressis, iudica

pupillis, defende uiduas. Et ut David ait: Iudica

egenos & pupillo, humilem & pauperem iustifica.

Eripe pauperem & egenum de manu peccatorum

libera. Erue eum qui ducitur ad mortem, & qui

trahitur ad interitum liberare ne cesses. Neque dixeris tu & alij qui iudicatis terram, uires nobis non

suppetunt, ut lachrymantes, innocentes possimus

consolari, nec possumus uolentiam eorum, qui eos iniuste opprimunt, & ducunt ad mortem, & cum

eorum sunt auxilio destituti, resistere, quia qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem

animæ tuæ nihil fallit, reddetque unicuique homini iuxta opera sua. Certa opilate pro iustitia usque

ad mortem, & tunc deus expugnabit inimicos tuos. Non sequaris turbam ad faciendum malum,

nec in iudicio isto plurimorum acquiesce sermonibus, uel iniquæ petitioni & sententiæ, ut a uero

deuies. Vide quid facias. Non enim hominis exerces iudicium, sed dei (qui iustus est, & iustitias diligit, & auersatur omnem iniustitiam. Ideo iniustos punit, & mala eos capiunt in interitum) &

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque

quodcumque iudicaueris, in caput tuum redundabit. Tecum repura, quod iudicium dei non uales euadere. Ille ultionem reddet inimicis suis & hostibus, & his qui oderunt eum retribuet. Quod si ob gratiam Iudæorum & Imperatoris, in fontem hunc iniuste condemnaueris, quod times ueniet tibi, & dei & hominum sic tibi odium & persecutio acquires, & gladius quem metuis, te persecuetur, imò intrabit in cor tuum. Timor itē quem times eueniet tibi, & quod uereris, si iniuste iudicas, accidet tibi. Inuenient & comprehendent te omnia mala, & nemo te poterit ex eis eripere. Ipse armabit contra te omnem creaturam (si iniuste egeris) & pugnabit cum eo orbis terrarum, & quicquid cæli & terræ ambitu continetur, contra te insensatum. At tu omnium infelicissime, ut gratiam Iudæorum tibi concilies, & Imperatoris indignationem non incurras, non expauiisti impie agere contra deum: adduxit foras prætorium Iesum, quia Iudæi propter religionem festi, illud non intrabant, & sedit pro tribunali. Non hoc postulante iustitia, sed timore humano coactus. Est autem tribunal sedes iudicum, sicut thronus uel solium Regum, Cathedra doctorum, in loco editiore, qui dicitur lithostrotos græcè, hebraicè gabbata, latine lapidibus stratus. Recte tribunal editius est alijs sellarijs propter maiestatem, quæ index dei refert personam, & nomen sortitur, dicente Dauid: Deus stetit in synagoga deorū, id est, iudicij & potestate præditorum, in medio autem

2. Mat. 6
Deut. 32.Prou. 36.
Iob. 9.

Sapient. 9

Psal. 82.

N V dcoB

100 PASSIO DOMINI NOSTRI

Sapient. 6. deos diiudicat. Vt illis qui iudicant iniquitatem,
 Iacobi. 2. peruertunt iudicium, & facies peccatorum sumunt.
 Exod. 22. Horrende & cito apparebit eis, & iudicium duris-
 simum, & sine misericordia in his qui præsunt, fiet,
 & non sunt misericordes. Hinc alibi dicitur, quod
 Callat. 6. causa difficilis ad deos referri debet, & quod dijs
 Ezec. 28. detrahi non debet. In altis istis sedibus, inflati sensu
 su carnis sue pompaticę sedent, qui se aliquid esse
 Eccle. 10. se putant. Quorum cor per superbiam eleuatũ est,
 Sapient. 9. sicut cor dei, & dicunt, dii nos sumus, & in cathedra
 Bar. 3. dei sedemus, cum sint homines mortales, multis
 repleti miserijs, & non Dei ueri. Verum, sedes du-
 cum superbiorum istorum Deus subuertit, quã nõ res-
 te iudicant, nec custodiunt leges iustitię, neq; se-
 cundum uoluntatem Dei ambulant. Exterminatur
 cito, & ad inferos descendunt, & alij in loca eorũ
 exurgunt. Erat autem, quando hæc mortis causa
 innocenti Iesu ab impijs uentilabatur, pasche,
 id est, preparatio, pasche, diei festi magni. Nam
 magnus erat dies iste, quia Pascha & sabbatum, hora
 quasi sexta. Marcus dicit: Erat autem hora ter-
 tia, & crucifixerunt eum. Prius autem iudicatus
 fuit & condemnatus quam crucifixus. Lyranus su-
 per Iohannem, hæc ita conciliat: Hora hæc secun-
 dum ueritatẽ fuit mediũ tempus inter tertiam &
 sextam. Mediũ autem ab utroq; extremo potest
 denominari. Et ideo Marcus illud expressit per ter-
 tiam, Iohannes per horam sextam. Aquila gran-
 dis sacer Augustinus, dicit: Hora tertia, crucifixus
 est Dñs linguis uenenatis Iudeorũ. Tunc exacer-
 crunt

erunt linguas suas ut gladios, tunc intenderunt arcum suum, rem amarā, & sermonibus odij utebantur pro sagittis, quas contra eum emittebant, de multis eum false accusantes. Et sagittis istis occulte, immaculatū sagittauerūt & accusauerūt. Subito sagittabāt eū, & cōsilio accepto, firmauerunt sermonē suum neq̄. Sic lingua suā, pinde ac gladio acuto, eū crucifixerūt hora tertiā. Hora sexta crucifixerunt eum manibus militum, suffigentes eū in crucē. ¶ Hic mihi cōsidera obsecro breuiter, quomodo ci retribuūt mala, p̄ bonis. Seruator dedit eis potestatem filios Dei fieri, ut filij Dei nominarentur & essent. Ut essent heredes Dei patris, & sui cōheredes. At illi erant genimina uiperarum, semen Canaan, adulterine plātationes, filij diaboli & maledictionis, nō egerunt gratias Deo patri, q̄ eos transferre uoluit in partem sortis sanctorū in lumine. Nec filio q̄ eripuit eos de potestate tenebrarū, & transtulit in regnū suū. Neq̄ spiritui sancto, q̄ nos regenerauit & renouauit, & est pignus hereditatis nostræ, gratias egerūt. Sed patrē in honoraerūt, filiū iniuste p̄secuti sunt, & occiderunt, spiritui sancto resisterūt, & contumeliā fecerunt. Spiritū extinxerunt. Ergo Deus dereliquit eos, & in potestatem inimici dati sunt, & diaboli.

Psal. 62.

Psal. 58.

Iohan. 1.

1. Iohā. 3.

Roma. 8.

Matt. 3.

Iohan. 8.

Collo. 1.

Titi. 3.

Ephē. 1.

Hora Sexta.

Pllarus iudex iniquus sedēs p̄ tribunali hora sexta, iniustus in loco iustitię, dixit Iudæis. Ecce Rex uester. Iā dixerat irrisor iste. Ecce homo.

Nunc

202 PASSIO DOMINI NOSTRI

Rom. 9. Nunc irridens, ait: Ecce Rex uester. Nesciuit dicere, quod tertium accusationis & criminationis nomen est. Ecce filius dei uestri hæres uniuersorum, Dominus cæli & terræ, super omnia benedictus deus in secula. Sed dixerant, quia filium dei se fecit. Hæc tria nomina uerissima sunt, unius Christi seruatoris nostri, Homo, Rex, Deus, siue filius dei. Quasi dicat: Pudefiatis, quod hunc hominem abiectum, hominum opprobrium, Regem formidatis, & ambire regnum in simularis. Cum nihil illo mitius, nihil impotentius, nihil humilium, nihil abiectius sit. Nusquam gaza, nusquam diadema, nusquam fatalitium, & arma bellica. Illi autem pertinaciori cum malitia, omnes una, clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Tolle nobis deum, & dei filium, tolle Regem nostrum, tolle præsidium nostrum, tolle sacerdotem nostrum. Tolle & Messiam, uindictorem & seruatorem nostrum. Nihil hæc pensi habemus, omnibus renunciamus, omnia ut stercorea reputamus, ut detrimenta facimus, ut hunc (quantūlibet pertransendo omnibus benefecerit) perdamus & crucifigamus. Et nisi hoc iusseris & concesseris, ingratum est, quicquid dixeris aut feceris. Et donec hoc obtinuerimus, nullam requiem tibi dabimus. Dixit eis Pilatus, Adhuc quantum ualuit, liberare eum studens, Regem uestrum crucifigam? Hoc est, ignominia uestra perpetua, quam nulla delebit obliuio. Non sunt Reges crucifigendi, sed honore summo prosequendi. Maxime, si boni, iusti & utiles sunt subiectis, & in cunctis

ctis

Otis mortalibus optata pace, presunt & subditos
 disponunt. Nemo autem isto Iesu, qui uobis grauis est
 ad uidendum, iustior, melior, utilior, & magis pa-
 cis amans unquam, ex quo homines esse ceperunt
 usque in hanc horam, super terram uisus est & cum
 hominibus conuersatus inuentus. Verum, ex hoc
 uerbo exulcerati supra modum sunt & stridebant
 in eum dentibus suis. Supra modum namque hoc uer-
 bum ueritatis, dissecabat corda eorum: & omni
 gladio ancipiti crudelius seuebat in cordibus eo-
 rum. Ideo, Responderunt Pontifices, qui in hac im-
 pietate erant primi, & ex quibus omnis iniquitas
 est egressa. Non habemus regem nisi Casarem. quasi
 diceret: Renunciamus regno, & aeterna nos seruitute
 subijcimus imperatoris Romani, dumtaxat ut cru-
 cifigas hunc, qui se dixit regem Iudeorum, impro-
 perat nobis peccata legis, & gloriatur patrem se
 habere deum, & filium de se nominat. Obserua
 quid non possit ira & indurata malitia? Casareni
 nihil Iudæis fuit infensus. E domum illum uocauerunt
 semper & habuerunt. Iam uero odio Christi, Idu-
 meum istum dominum suum fatentur, ac perpetu-
 am seruitutem coemunt sibi morte Christi. Suum
 hic negauerunt regem, Messiam pauperem &
 mansuetum. Tiberium uero tyrannum cruentum
 eligunt. Manet oprio & electio, frustra nunc regem
 Christum a prophetis promissum expectant. Res-
 cipient uero alium. Tyberio non ab similem Chris-
 tum, Antichristum puto, sanguinis effusione gau-
 dentem & mensuram plenam, confertam & su-

Ose. 13.

Bar. 3.

Actu. 7:

1. Es. 10.

Dan. 13.

Sap. 2.

Zac. 9.

Ioann. 5:

Luc. 6.

p. 2

104 PASSIO DOMINI NOSTRI

pereffluentem in sinus eorum reddentem. ¶ *I*nsuper obstinatissime instant & urgent iudicem, ut mortis sententiam fulminet. Vnde Marcus ait: *A*ccusabant eum summi sacerdotes & seniores populi, mendaciter, in multis, unusquisque quod potuit excogitare reboando. *M*arth. Et cum accusaretur, nihil respondit amplius Iesus, ita ut Pilatus miraretur uehementer, inauditam Christi (quem innocentem sciebat) patientiam. Tunc Pilatus inter sacrum & saxum constitutus angustijs premebatur undique. Voluit innocenti parcere, uoluit & potentibus & multitudini parere. Illud lex requirebat & sua sic ratio, hoc fauor popularis, ambitio & Cæsaris exposcebat, & extorquebat respectus. Horrenda causa facies, in fontem occidere, est iniquitas maxima, dimittere est impossibile. *S*edens te autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor eius, dicens. ad hoc instigata a diabolo, qui sicut prius mortem intulerat mundo per mulierem, ita modo satagebat Christum de manibus Iudæorum liberare per mulierem, ne per Christi mortem, mortis amittat imperium. Ecce uxor uiri gentilis, hoc in somno & uisione intellexit, quod Iudæi in arcum prauum conuersi, uigilantes credere noluerunt. In Pilato igitur & uxore illius, Christum iustum confitentibus, gentilis populi testi nomini est. *L*yranus super *M*arth. ait: Diabolus inimicus humani generis, qui captionem Christi procurauerat per Iudæos, per multa & euidentissima signa iam considerauit, quod ipse, per passionem suam saluaret

Matth. 13.

Gene. 3.

1. Tim. 2.

naret mundum, destrueret mortis imperium, do-
 naret oīa delicta, deleret decreti cyrographum,
 ipsum traduceret & palam triumpharet, & capti-
 uos eriperet de potestate tenebrarum. Ideo uidit
 quod conuertebatur dolus suus in caput suum, &
 quod iniquitas sua in caput suum, & in uerticem
 suū iniquitas sua descendit. Vidit quod in laqueo
 illo quem abscondit, cōprehensus est pes suus, &
 quod incidit in foueam quam fecit. Vidit & dolus
 ir suo iugulo, suo telo, sua techna se perire, suo se
 laqueo capi, ut malum consilium, consultori sem-
 per pessimum esse solet. Hæc autem perpendit
 ex Christi patientia mirabili, ex omnium scriptu-
 rarum in eo impletione manifesta, & dubio pro-
 cul, ex sanctorum prophetarum & omnium iustos-
 rum exultatione ineffabili, in sinu Abrahæ Chris-
 ti aduentum expectantium & exultantium in deo
 Iesu suo, eo quod ex angelorum reuelatione scie-
 bant, quod ipse iā salutem eorum in medio terræ
 operabatur. Ideo mortē Christi per uxorem Pila-
 ti uersipellis, impedire conabatur, magis eligens
 uni parcere, q̄ oēs perdere. Sperabat iudicē, uxor-
 rem quā tenere dilexit, nihil ei negando, honora-
 re. Vnde mulier dixit: Nihil tibi & iusto illi. In quo
 princeps mundi nihil prorsus habet, quem nec
 muli sui de ullo peccato arguere possunt in ueris-
 rate. *Multa enim passa sum hodie per uisum pro-
 pter eum. Nam diabolus in stratu suo terruit eam
 p somnia, & p uisiones horrore cōcussit, ut redē-
 ptionem humani generis impediret. Pilatus uero*

Lucæ 16.
 Abac. 9.
 Psal. 73.

Iohan. 14.
 Iohan. 8.
 Iob. 7.

206 PASSIO DOMINI NOSTRI

in uentum locutum uxorem fuisse iudicans, confis-
 lium eius spreuit, ut somnium uanum. Videns autē
 Pilatus, quia nihil proficeret, pro innocentis libera-
 tione laborando, sed magis, à perfidis Iudæis in ma-
 lo obstinatis, tumultus periculosus, fieret populi, in
 contrarium nitentis, per seductionem sacerdotū,
 seniorum & potestate præditorum. Tunc uolens
 se à peccato exonerare, uel potius coram homi-
 nibus se iustum ostendere, & totum peccati huius-
 pondus, maledictionem & pœnam, in Iudæos trās-
 ferre, ac omnem mouere lapidem, si forte sacrilegij
 huius maximi, pœna eos posset emollire, & des-
 terrere. Ideo accepta aqua, lauit manus suas. Ista
 manuum lotio nihil tibi prodest Pilate, non te ius-
 tificat. Muneris tui erat, molas leonum conterere,
 & de dentibus eorum prædam auferre. Tu erus
 ere debebas eū, qui sine causa ducebatur ad mortem.
 Sed lauas manus tuas, coram populo, non coram
 deo, qui corda scrutatur & renes. Coram homi-
 nibus te iustificas, intus autē plenus es iniquitate
 & iniustitia, deus autem nouit cor tuū, quod non
 est rectum, cum eo. Nihil tibi prodest quod innocen-
 tem absoluendum iudicasti, & postea crucifigendum
 tradidisti, nisi ad cumulum tuæ perditionis. Quia non
 mansisti in bonitate. Nam declinantes in obligationes,
 obliuationes, prauitates, aut iniustitias, deserta iustitia,
 ueritate & innocentia, se ipsos mortis reos faciunt &
 gehennæ ignis. Hos cum hædis statuet ad sinistram,
 cum operarijs iniquitatis, atque omnes una maledictionis
 tenebrarum.

Job. 29.

Prou. 24

Hier. 17.

Matt. 23

Luce. 16

Rom. 11.

Psal. 124

Matt. 25

brarum & pœnæ catena inuoluet. Vos uideritis.
 Ego minister legis sum, uox uestra sanguinem in
 noxium fundit. Gladio linguæ uestræ, in fontem
 occiditis. Vos Deo & hominibus de hac impietate
 rationem reddite. q. d. Ego quoad mihi possibile
 fuit, pro innocentis liberatione decertavi, sed ex
 quo tumultum & seditionem concitatis in popu
 lo, morem gerere cogor inuitus uestro desiderio.
 Ideo sicut lauo manus, ita & conscientiam exone
 ro. Vos uideritis, quæ uos mala manebunt pro
 pter scelus tam horrendum. Damnat Pilatum in
 constantia sua, cum eum quem innocẽtem pronũ
 ciauerat, damnat, addicens populo iniusto sanguis
 nem iusti, à quo abstinẽdum sibi, & intellectu pro
 prio senserat, & somno uxoris nouerat. Nec pur
 gant! contaminatum animum manus lotę, nec in
 aspersis aqua digitis expiatur, quod famulante im
 pia & honoris cupida, & fauoris mente committit
 tur. Verum impij & obstinati adhuc plus proficiũ
 tur in peius. Nunc Iudæi rem sibi inueniunt factã.
 Tunc lætabantur coram Pilato, sicut qui lætantur *Esai. 9.*
 in messe, & sicut exultant uictores capta præda
 quando diuidunt spolia. Vltro suas depaciscuntur
 animas, quas uenales, inio, pro nihilo habebant.
 Quia ignorabant sacramenta dei, nec mercedem *Sapient. 2.*
 sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem a
 nimarum sanctarũ. Ideo uniuersus populus. Quia *Psal. 13.*
 omnes corrupte & abominabiles facti erant in stu
 dijs suis. Omnes declinauerunt, & simul inutiles fa
 cti erant omnes, non erat in eis qui diceret uerũ, *Rom. 3.*
 O & sag

208 PASSIO DOMINI NOSTRI

& faceret bonū, nō erat usque ad unum .clamauit,
 dicens: Sanguis eius, hoc est, reatus, maledictio, ira
 & pœna, sanguinis eius, sit super nos, & super libe-
 ros nostros. Verē, uerē. Sepulchrum patēs erat gut-
 tur eorum, linguīs suis dolose agebant, uenenum
 aspidum sub labijs eorum. Os eorum semper ma-
 ledictione & amaritudine plenum erat, ueloces
 pedes eorum ad effundendum sanguinem. Con-
 tritio & infœlicitas erat in uijs eorum, uiam pacis
 non cognouerunt, nec fuit timor Dei ante oculos
 eorum. O generatio peruersa atque crudelissima,
 non solum in Iesum, sed etiam in seipos & suos fi-
 lios. Ecce manibus & uerbis mortē sibi accersunt,
 & amicam eam estimantes, tabescunt, & pditionē
 attrahunt operibus manū suarum. Nam Iudicis
 in se peccatum, ultero suscipiunt, maledictioni se
 obstringunt, & quod Iudex non postulauerat, etiā
 proles suas à progenie in progenies usq; in æter-
 num, damnant. O cruenti parentes. Bestiæ ecce, &
 uniuersa pecora, serpentes & uolucres pennatę, fo-
 uent suos filios & nutriunt, ab omni periculo & no-
 cumentis fœtus suos custodiunt. Et uos contra na-
 turam, rationem & scripturam, infontes filios uest-
 ros nondum conceptos, prius obligatis ad mors-
 tem, quam gignatis ad uitam. Prius interficitis quā
 ad esse producatis. Prius uestris peccatis inuoluis-
 tis, quam naturam in qua peccare possent, eis mis-
 istraretis. Prius maledictiōi subiicitis, quā usu m-
 rationis sunt consecuti. Reuera in hac crudelitate
 homines

Psal. 13.
 & 52.

Sapient. 1

Psal. 8

homines exuistis, & diaboli facti estis. Nam diabolus sibi addictos, interficit, perdit & damnat. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Quasi dicerent: Quid tu Pilate times timore, ubi non est timor. Non peccas sententiam mortis super eum fulminando, sed maximum obsequium Deo facis, eum morti tradendo. Quid tempus uerbis redimis? Quid frustra niteris eum liberare de manibus nostris? Tam grauis est nobis ad uidendum, tanto odio eum odimus, quod nullam tibi pacem dabimus, nisi eum damnaueris ad mortem turpissimam crucis, & eum tradideris nostrae uoluntati. Quod facis fac citius, & tunc beatus es, & bene tibi erit. Sic Deum promereris, Sic Caesari te gratificas & nobis, ac quo ad uixeris, tuae parebimus uoluntati & decreris. Erras sicut ovis quae perijt, si eum putas innocentem. Peccas in caelum, & in omnem Dei iustitiam, pro eius liberatione de manibus nostris agouizando, & frustra obniteris nostris desiderijs, eo quod iurauimus & statuitimus eum debere hac die morte turpissima mori. Proinde, non intrabimus in tabernaculum domus Dei nostri, nec ascendeamus in lectos strati nostri. Nec dabimus somnum oculis nostris, nec palpebris nostris dormitationem. Imo deuouimus nos, nullam requiem dare repositibus nostris, neque ineducaturos neque bibituros, nisi hic a terra fuerit exaltatus, cum sceleratis reputatus, & memoria illius ablata de terra, ut nomen eius non meretur ultra.

○ ij Mort

Mori debet, etiam si cœlum & terra, & omnia quę in eis sunt, propter hoc perire deberent. Mori debet, etiam si propter hoc locum & gentem nostrā deus delere uellet, sicut mundum originalem perdidit in diluuiō. Vel si propter hoc exterminari deberemus, sicut Sodoma & Gomorra, cum ciuitatibus finitimis in cineres redactę sunt, per ultricē ignem missum de cœlo.

¶ Tu fac quod postulamus, nos in nos & in filios nostros omnem uindictam & ultionem recipimus. Si peccatū fuerit in hac huius gētis nostrę seductoris cōdemnatione, inducat deus super nos omnes maledictiones, transgressoribus legis cōminatas in lege. Imo, deleat nos deus de libro uiuentium, projiciat nos à facie oculorū suorum, tradat nos Satanę in interitum, inducat super nos interitum, & duplici contritione nos conterat, deus noster. Magis uolumus quod terra se aperiat sub pedibus nostris, & uiuentes deiciamur cum filijs, uxoribus & omnibus quę nostrā sunt in infernū, quam hunc dimittere uiuum, ut omnes credāt in eum. Magis optamus quod deus nos omnes simul perdat, quā quod iste mortem euadat, sicut totum exercitum Pharaonis submersit in mari rubro, adeo quod nec unus de eis superfuit. Magis optamus, ut dominus constituat peccatorem super nos, qui regat nos, quam quod ille sit rex noster & eius subijciamur ditioni. Nolumus hūc regnare super nos. Dæmonium habet & insanit, peccator est & blasphemus, homo uorax & potator uini, publicanus

publicanorum & peccatorum amicus. Ideo tolle eum de terra, non enim fas est eum uiuere. Non *Matt. 23.*
 misit eum dominus, mendacia loquitur. Veni *Act. 22.*
 at uerbum eius, & uideamus si sermones illius ueri sunt.

¶ Hæc cogitauerunt & locuti sunt impij Iudæi. Hæc reddidit populus stultus & insipiens, generatio praua & exasperans, gens peccatrix, populus grauis iniquitate, semen nequam, filij scelerati, genimina uiperarum, quos deus enutrit & exaltauit, pro omnibus bonis quæ retris-
 buit illis. Nam excæcati erant per malitiam, dati in sensum reprobum, conuersi in arcum prauum, & uenerant semper proficendo in peius, in profundum omnium malorum. Ideo contempserunt omne salutis consilium & adiutorium. Semper restiterunt spiritui sancto & ueritati, ac desperantes semetipsos, ut uitam perimant, salutem perdant, & innocentem occidant, se & suos morti deuouent, maledictionibus se obstringunt, se anathematizant, damnationem æternam sibiipsis (quod auditu horrendum est) imprecantur, dum dicunt, sanguis eius super nos & filios nostros. Sic dilexerunt maledictionem & uenit eis, & noluerunt benedictionem, & elongata est ab *Psal. 108*
 eis. Et induerunt filij isti diaboli, maledictionem sicut uestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eorum, & sicut oleum in ossa eorum, facta est eis sicut uestimentum quo operiuntur, & sicut zona qua semper præcinguntur. Sunt males
 O iij dicti

112 PASSIO DOMINI NOSTRI

dicti in ciuitate, maledicti in agro. Maledicti ingredientes & egredientes, sicut in presentiarum cernimus. Nihilominus adhuc adeo obstinati, quod nolunt relicta infidelitate, & malitia a diaboli laqueis resipiscere. Nec peccata sua & iniustitias suas aduersum se Domino confiteri. Quod si humiliter facerent, utique remitteret eis impietates peccatorum suorum, & omnia debita illis dimitteret, ac saluaret eos in misericordia sua. Nunc peccata eorum manent, pereunt absque ulla spe, sicut omnes occisionis in inferno ponuntur, ubi mors despatit eos. Imo, mori desiderant, & mors fugit ab eis. Ibi nunc aestuant aestu magno, & blasphemant nomen Dei. Ibi commanducant linguas suas blasphemias pro dolore, blasphemant Deum cœli pro doloribus & uulneribus suis, eo quod hic eum perierunt ad mortem, & omnis generis mala dixerunt de eo mentientes, mortemque eius procurauerunt. Væ igitur uobis impijs Iudæis, qui negastis & dereliquistis Dei filium, qui benefecit uobis. Quia cum nascimini in maledictione, quæ patres uestri imprecari sunt uobis, nascimini, & cum uniuersæ carnis uiam ingredimini, in maledictione est pars uestra. Maledicti estis in ciuitate, & in agro maledictus est fructus uentris uestri. Maledicti estis egredientes & ingredientes. Sequitur in Marco: Pilatus uolens populo, furenti, manus quidem a crucifixione maiestatis Domino continenti, sed lætalia uocum spicula, & uenenas

Ecle. 41

Deut. 28.

ta uerborum tela in eum iacenti *satisfacere*, cuius fauore noluit carere, timensque accusari apud Cæsarem, nullumque cernens periculum, si egenum & pauperem IESVM morti adiudicaret, cum omnium consilio & auxilio eum uideret destitutum. Melius ergo ratus fuit, multos demereri potentes in seculo, quam ob unius pauperis iusti gratiam, omne hoc theatrum offendere diaboli. Lucas, *adiudicauit*, contra ius & fas, contra conscientiam propriam & rationem, amore principatus, & timore Cæsaris, tum ut se gratificaretur impijs Iudæis. *feri petitionem eorum*, impiam & iniustam, quia sciebat eum innocentem. Sic sequebatur turbam ad faciendum malum, & in iudicio plurimorum acquieuit sententiæ, ut a uero deuiaret, & in fontem ac iustum occidit. Peccauit in multitudine ciuitatis, & se immisit in populum iniustum ad faciendum malum. Iudæi conceperunt & locuti sunt de corde suo malo contra CHRISTVM uerba mendacij, & iudicium Pilati conuersum est retrorsum, a fontibus super infontem, & iustitia longe stetit. Corruet in plateis ueritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est ueritas in obliuionem. Imo in odium, & qui recessit a malo, prædæ patuit & damnatus fuit. Quia iudicium peruersum egressum est super eum. O horror, ecce factum est iudicium iniquum, & *condemnationis traditio* potentior. Lacerata ecce est lex, non so-

Psal. 108.

Exod. 23.

Eccle. 7.

Esai. 59

Abac. 8

214 PASSIO DOMINI NOSTRI

lum dei, sed etiam naturę, scripta in cordibus om-
Rom. 2. nium, & non peruenit usque ad finem iudicium.
 Præualuerunt ecce impij aduersus iustum, & inno-
Eccl. 7. cens adijcitur morti. Sed tu Pilate, mala quę fas-
 cis, te apprehendent. Mala quę feminas in sulcis
 iniustitię, ea meres in septuplum. Nam postea nõ
 post multos dies istos, & Iudęorum inuidiam in-
 curristi, & Cęsaris indignationem. Vnde deiectus
 fuisti ab officio, actus in exilium, & innumeris o-
 pressus calamitatibus, cum emergendi ex his uia
 non cerneres, ut męroribus tuis finem faceres &
 malis, manu propria tibi mortem consciuisti. Et
 temporalem mortem & pœnam, in æternum crus-
 ciatum tibi commutasti. Vltionem mortis Christi
 ex Iudæis Titus & Vespasianus sumpserunt, tam
 granem, qualis à seculo non est audita.
 Dimisit autē illis eum qui propter homicidium & se-
 ditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant,
Dan. 13. Iesum uero tradidit uoluntati eorum. Sic Pilatus ius-
 dicauit iudicium iniustum, innocētem opprimēs,
 & dimisit noxium. Neque Iudęi secum reputabāt,
Exo. 22. quod maleficos non debebant pati uiuere. Verum-
 cum dimiserunt uirum dignum morte, obligata
5. Re. 20. facta est anima eorum, pro anima illius. Sic Pila-
 tus cum minister esset regni Dei, non recte iudica-
Sap. 6. uit, nec legem iustitię custodiuit. Ideo iuste, quod
2 Par. 19 inique egit, in caput suum redundauit.
Iohan. 7. ¶ Sed uos Iudæos compello, qui legem Dei in
 dispositione Angelorum accepistis, & non custos
 distis, quare non reputastis uobiscum, quod inno-
 cens

centum persecutores & peremptores, sibi ipsis ob-
 fuerunt plurimum, & iustis nihil nocementi inferre
 potuerunt: Vos terrere debuit uox sanguinis
 iusti Abelis, & maledictio profani Cayn. Submersio
 Pharaonis, horrenda animaduersio Antiochi,
 & Herodis sanguinem puerorum effudentis. Et
 tu impie Pilate, uel hoc tecum retogitare debu-
 eras, quod impie in leges Dei agere, impune non
 cœdit. Neque ignorare debueras, quod ob nullius
 us fauorem, uel odium, utilitatem aut nocementum
 hominis, à iustitia est deflectendum. Doech
 ob gratiam Regis Saulis, in innocentes sacerdo-
 tes & impium ferrum strinxit, sed sicut fecit, factum
 est illi. Impie Iesabel ut se gratificaret Achab
 scelestissimo, in fontem Naboth lapidari procurauit,
 sed dolus iste in caput Iesabel, Regis, & filiorum
 eius conuersus fuit. Principes Darij, tegnis fraudum,
 Regi imposuerunt, ut occideretur Daniel,
 innocens manibus & mundo corde. Verum, Deus
 pium de tribulatione eripuit, & impios tradidit
 pro eo. Superbus Aman, uirum Dei & uirtutis Mar-
 dochœum, cum tota gente Iudæorum, una die occi-
 dere uoluit, sed Deo pugnante pro iustis, Aman
 incidit in foueam quam fecit. Et nequissimum con-
 filium quod fecit, super ipsum & domum suam fuit
 deuolutum. Quia non solum qui scelerata desig-
 nant, impie agunt, & iniustitias operantur, digni
 sunt morte, sed etiam omnes qui consentiunt fac-
 cientibus, uel malis non resistunt, & machinationes
 eorum pessimas non impediunt, non redigunt in

O u nihilum

Gen. 4.

Exod. 14

2 Cor. 9.

Matt. 2.

2. Mat. 4

1. Re. 22.

3. Re. 31.

Dan. 6.

Heb. 7.

Psal. 7.

Ecc. 27.

Rom. 3.

qui igne isto inextinguibili ardent & cruciātur, cupiunt mori, & mors fugit ab eis. Adiudicauit ferri petitionē corū duplicē & pessimā. Nā dimisit illis Barrabā, quē petebant, Iesum uero tradidit uolūtati corū & desiderio maligno. Mat. Mar. Ioh. ut crucis figeretur. Voluntas hęc diabolica fuit & puerissima, quę optāt & petūt latronē uiuere, & morte turpissima innocētē p̄ire, malū p̄ferre summo bono. Vide nūc breuiter quō inuidi fratres, hic tradunt Ismahelitis innocētē Ioseph. Vide quō Dalila fortē Samsonē tradit Philisteis Herodes angelū dei Iohannē dat puellę salaci & saltatrici. Sic Ionas in mare tribulationū, p̄icitur, ut deuoretur à Leuias thā. Agnus traditur ad deuorādū lupis rapacibus, Daniel ad laniādū famelicis leonibus. Panis cęli & nūc ad deglutendū impudētissimis canibus est traditus. Quis dabit capiti meo aq̄s, & oculis meis fontē lachrymarū, ut plorē die ac nocte interfectionē ignominiosam, & cōdēnationem iniustissimā filij dei, fratris, patris, matris, sororis, capitis, saluatoris & redēptoris mei. ¶ Cū ergo iudex iniquus uolūtati impiorū, & lupis rapacibus agnū dei tradidisset, quicquid afflictionis, p̄narū, dolorum, blasphemiarū, irrisionū, despectionū, & infamiarū excogitare poterant, tūc semota omni misericordia, mitissimo agno intulerūt. Quę hic Matth. & Marcus dicūt de flagellatiōe eius, hęc Lyranus p̄ recapitulatiōē scripta asserit. Nā ante condēnationem & sententię mortis prolatiōnem, huęc facta esse, ex Iohanne constat, ut prius uisum est.

Quod

218 PASSIO DOMINI NOSTRI

Quod autem Gerson bis astruit eum esse flagellatum, negat Lyranus, & reuera parum apparentiz habet ista Gersonis assertio, de flagellatione Christi gemina. Nihilominus, unusquisque in sensu suo abūdat, eligat lector quod uoluerit, ego ueriores aſtimo ſententiā Lyrani in hac parte.

Rom. 14.

Mat. 27.

Pſalm. 2.

Phil. 2.

Iob. 19.

Ioan. 11.

1. R. 17.

Matt. 11.

2. R. 2. 6

¶ Et poſtquam illuſerunt ei, data mortis ſententia, exuerunt eum Chlamide. Marcus, purpurea. Iuſu ſerunt Regi ſeculorum immortalis, inuiſibili, omnia regalia ornamenta auferri, cum nihilominus ipſe eſſet à deo patre Rex conſtitutus ſuper Sion, & dediſſet ei nomen quod eſt ſuper omne nomē. Ut in nomine Ieſu, omne genu flectatur, cœleſtiū, terreſtrium, & infernorū. Vnde ipſe ait: Spoliauerunt me gloria mea (quarum ipſis poſſibile fuit) & abſtulerunt coronam de capite meo. Sed per hoc, regnum, locum & gentem perdidērunt; & ſeruituti perpetuæ ſe addixerunt. & induerunt eū uestimentis ſuis. Neque enim uerus Dauid noſter conſuetudinem habuit in talibus incedere, qui miſtis fuit & humilis corde. Ideo in ueste propria contra ſputium ſuperbum, proceſſit ad prælium, & fecit uictoriam. Proſtrauit gigantem, mucrone proprio caput illius deſeruit, & gaudium allophyloꝝ in merorem commutauit. Non enim in ueste præcioſa, ſed humili & paupere uoluit ante ancillas & oculos ſeruoꝝ ſuorum incedere, quantumlibet in hoc eum deſpiceat faſtuosa uxor eius ſynagoga. Nos ſcimus gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia propter nos egenus & pauper factus

factus est, cum esset dives, ut nos diuites illius inopia essemus, adeo quod nihil nobis in ulla gratia deesset. ut crucifigeretur, sicut suspendium tale, ante mundi constitutionem elegit anima eius, & mortem tam ignominiosam, ossa illius. Quatenus sic Prophetæ illius fideles inuenirentur, & scripturæ implerentur. Neque enim actus est in crucem, uel exaltatus, quia Iudæi hoc petierunt, sed quia ipse sic uoluit. Tunc enim ut serpens in palo est eleuatus, ut omnes qui credunt in eum, non pereant, sed habeant uitam æternam. Tunc in funiculis Adam, omnia ad se traxit, in uinculis charitatis. Non solum Iudæos, sed etiam alias oues quæ in uasta mundi huius sollicitudine dispersæ erant, & creaturæ, potius quam creatori seruiuerunt, ad simulachra muta prout ducebantur à spiritibus malis, euntes, in unum ouile ecclesiæ catholice congregaret. ¶ Iam tecum breuiter reputa, quomodo generatio praua atque peruersa, & infideles filij, insurgunt in patrem misericordiarum, qui eos creauit, fecit & possedit, & morte eum afficiunt. Est ne hoc malum reddere pro bono, & odium pro sua æterna dilectione? Sic filij alieni insurrexerunt aduersus patrem, quæsierunt animam eius, & non proposuerunt deum ante conspectum suum. Et alibi: Filij alieni, adulterinæ plantationes mentiti sunt mihi, inueterati sunt, obstinati & indurati supra petram & adamantem in suis malis eijs, & claudicant, declinantque à femitis iustitiæ. Imo ambulant mihi ex aduerso. Currunt aduersum

2 Cor. 8

1 Cor. 1

Iob. 7.

Eccle. 37

Iohan. 3.

Osee. 11.

Iohan. 12

Roma 1.

1 Cor. 13

Matt. 12.

Deut. 32.

Psal. 35

Psal. 17.

sum

120 PASSIO DOMINI NOSTRI

Sapientia .32 sum me erecto collo, & pingui ceruice armati sunt. O dibilia mihi opa faciunt, molesti mihi Deo suo sunt. ¶ Sed quis uerbis assequi potest, quantum dolorem tenerrimo & toto conscisso corpori Iesu uulneratoque crudeliter hæc purpuræ exuitio intulerit. Nam uestis hæc uulneribus erat adglutis nata nouis, per sanguinem roseum, qui ex eis effluxit, adeoque renaciter carni & uulneribus adhaesit, quod non nisi cum magnis uiribus potuit extrahi. Ideo in ista exuitioe omnia uulnera Christi sunt renouata, & carnis illius benedictæ, multæ partes, quæ fortiter uestimento adhererunt, sunt abstractæ & auulsæ. Tunc dolorem addiderunt dolori eius, conciderunt eum uulnere super uulnus. Multiplicauerunt uulnera eius sine causa, impleuerunt eum amaritudine. Tunc super dolorem uulnerum eius addiderunt. Et exuitio ista, multo dolorosior erat agno mitissimo, quæ eius flagellatio. Sicut multo acerbior est læsio, quæ in loco uulnerum quis læditur, quæ illa qua pars sana uulneratur, tangitur aut affigitur. Induerunt eum proprijs uestimentis, ut in eis cognosceretur ab omnibus, qui ex deformatione, conspuitioe & percussioe multiplici, quasi absconditum uultum habuit, & in plateis agnosci non potuit. ¶ *Suscipientes aut Iesum, sicut leones parati ad prædam, & sicut canili leonum habitantes in abditis, & eduxerunt eum, extra ciuitatem, tamquam latronem. Sic ceruicibus minabatur, Iasso nulla reges dabatur. Sic eum tamquam ouem moribidam, aut hominem pestilentem eiecerunt extra*

Esai. 35.

Treno. 4

Iohan. 19

Psal. 16.

Treno. 5

tras

tra castra, ne contagione sua alij macularentur.

Sic haeredem uniuersorum extra tineam eiecerunt & occiderunt. Hoc signabat spiritus sanctus, Matt. 23.

quando extra castra occidi iussit sacrificium, cuius sanguis intra templum offerebatur, per cuius asper-
Leui. 16.

perfectionem, populus, templum & omnia alia sanctificabantur. Vnde ait Apostolus: Quorum animarum
Heb. 13.

malium sanguis inferitur per Pontificem pro peccato in sancta, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus ut sanctificaret populum suum per sanguinem suum, extra castra passus est. Exeat igitur & nos ad eum extra castra, in proferium eius portantes.

¶ Et hic tibi mala pro bonis retribuunt. Tu eduxisti eos de ergastulo, & fornace ferrea Aegyptiorum, de dura seruitute eruisti eos, & redemisti in brachio excelso. & iudicijs magnis, & in manu potenti circumduxit eos, & eduxit & custodit eos quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila prouocans ad uolandum pullos suos, & super eos uolitans expandit alas suas, & assumpsit eos, & portauit eos in humeris suis. Nec reliquit hominem nocere eis, & corripuit pro eis reges. Liberauit eos a nationibus quae eos opprimebant, & tradidit illis mercedem laborum suorum, & deduxit illos in uia mirabili, & fuit illis in uelamento diei & in luce stellarum per noctem. Transiit illos per mare rubrum, & uestigio. Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Deditis eis spolia impiorum, & tunc decatauerunt nomen sanctum tuum,
&

gnium fidei sacramentum & pietatis. Ecce Abel
 foras in agrum educitur, & Isaac ligna portat, *Gene. 22*
 per que pater eum immolare uolebat. Ecce quos *Efai. 22*
 modo principatus eius est super humerum eius, si
 militer & clavis Dauidis, qua cælum aperuit. Ec
 ce quomodo agnus dei tollit siue portat peccata
 mûdi. Vide hic quomodo pro peccatis nostris pœ
 nã sustinet in carne sua, in ligno crucis, & sub eius
 onere. Ideo uirtus & sapiëntia dei patris primo cru
 cẽ portauit, & postea Simoni imposita est ad por
 randum. In hoc datus nobis exemplum, ut & nos
 abnegemus nosmetipsos, & tollamus crucem no *Mat. 10*
 stram quotidie, & sequamur eum quocumq; iuit, *Lu. 9. 14.*
 confusione contempta. ¶ Et hic attende, quom
 modo retribuunt ei mala pro bonis, & odium pro
 sua dilectione. Ipse diuertit ab oneribus dorsum *Psal. 80*
 eorum, quãdo manus eorũ in cophino seruiuerunt. *Exod. 3*
 Oderunt eos Aegyptij & affligebant illudentes
 eis, inuidentes, atq; ad amaritudinem perducebãt *Heb. 2*
 uitam eorum operibus duris, luti & lateris, omni
 que famulatu quo in terrẽ operibus præmebãtur.
 Adeo qđ flagellabantur iniuste ab exactoribus
 Pharaonis. At filij Belial, hic onerant omnia por
 tantem uerbo uirtutis suæ, graui crucis patibus
 lo, quod fatiscuntibus scapulis suis sulcatis flagel *Ioan. 1*
 lis & scorpionibus laniatis imposuerunt portandũ. *1. Pet. 2*
 Multo magis autẽ grauabãt eum grauissimis pecc
 atorũ suorũ fascibus. Quia tũc agnus dei pecca
 ta mundi pertulit & portauit super lignũ in corpore
 suo. Tunc seruire eum fecerunt in peccatis
 P suis,

suis, & laborē ei præbuerūt in iniquitatibus suis. Tūc
 peccata totius mundi, sicut onus graue grauatae
 sunt super eum. Exiuit ergo in eum qui dicitur *caluarie*
locum. Exiuit extra immundos, ille qui solus sine
 macula est, & extra homicidarum ciuitatē. No-
 bis dans exemplum, ut à tabernaculis impiorū res-
 cedāmus, ne cum peruersis peruertamur & inuolu-
 uamur in peccatis eorum. Quia qui tangit picem,
 inquinatur ab ea. Et ambulans cum sceleratis, dis-
 scit uias eorum, & sumit scandalū animæ suæ. Sic
 Loth exiuit de Sodoma, filij Israel ex Aegypto &
 Babilone. Vnde dominus ait: Exite ab ea populus
 meus, ne participes sitis delictorum eius. Sic & pa-
 ter fidei nostræ Abraham, de terra & cognatione
 sua (quæ nequam fuit) exiuit. Exiuit autem Iesus
 in locum horroris, dictum *caluarię* latine, *Hebrais*
ce aut Golgoeth, *Caldaice* uero *Golghatha*, locus
 certe execrabilis, ubi Romani reos mortis capi-
 tis supplicio afficere solebāt. At nobis qui gloria-
 mur in Christo & cruce eius, gloriae locus est fas-
 ctus & sanctuariū, sanctificatus precioso sanguine
 agni incōtaminati & immaculati Iesu Christi. Vbi
 prius erat arca dānatorū, ibi erectū est uexillū res-
 gis regū, trophęus martyrū, ac character electo-
 rum. ¶ Sed de educatione Christi oportet aliquid
 adijcere, cum penalisissima fuerit & probrosissima.
 Nam postquam traditus fuit uoluntati filiorū dia-
 boli ad crucifigendum, extus fuit purpura, & ue-
 stimētis proprijs indutus. Deinde ministri detesta-
 biles, crucem, lignum graue & longum adaptant
 cum

cum ligno trāsuersali Postea crucem grauissimā
 foli portandam imponunt. Sic quā summa pars
 crucis cum ligno transuersali, præmebat uulera
 tam & lassam Christi ceruicem. Pars crucis infe
 rior quæ interram figenda erat & in foramen in
 lapide ad hoc præparatum, trahebatur super lapi
 des & terram. Et dum maturare incessum urgeba
 tur Christus, illa inferior pars crucis dū sic trahe
 batur & cecidit de uno lapide super alium, inenar
 rabilem incomprhensibilemq; dolorem Christo
 intulit, non solum in ceruire, sed & in corpore to
 to & in omnibus membris. Et cum per ciuitatem
 ducebatur, ab omnibus deridebatur, illudebatur, male
 dicebatur. In eum psallebāt qui bibebāt uinum, eū
 obloquebātur qui sedebāt in porta. Factus sint in
 derisum omni populo, canticū eorū tota die. Hinc
 uindex noster ad patrē ait : Vidisti omnē furorē,
 uniuersas cogitationes eorū aduersum me. Audi
 sti opprobria eorū domine, omnes cogitationes eo
 rū aduersum me in malū. Labia insurgentiū mihi,
 & meditatiōes eorū aduersum me tota die. Sessio
 nē eorū & resurrectionē eorū uide, ego sum psal
 mus eorū. Et iterū: Nunc in eorū canticum uersus
 sum, & factus sum eis in prouerbiū. Et alibi: Om
 nes maledicūt mihi. Sed deus iudæorum maledi
 ctionem, credentibus uertit in benedictionem. Pro. 14.
 Vertit citharam eorum eis in luctum, & organum
 eorum in uocem flentium. Quia gaudium hypo
 critarum ad instar puncti, & extrema illius, lus
 ctus æternus occupat. At contra: Beati qui lugent

Psal 68.

Tren. 3.

Iob. 3.

Hier. 15

Deut. 23.

Iob. 3.

Iob. 20.

Pro. 14.

Matt. 5.

Ioan. 16.

P ij cum

- Ioh. 16.* cum Christo, quoniam ipsi consolabuntur Quia tristitia eorum in gaudium æternum conuertetur, quod nemo tollere potest ab eis. ¶ Hic Veronica pietas referenda est (de qua nihil in euangelijs memoria traditum est) quam ex maximo cordis dolore tradunt nonnulli tunc occurrisse Christo Et ex quo gratiosam eius faciem, speciosam præ filijs hominum, adeo quod angeli in eam desiderant inspicere, amplius uidere non potuit, rogasse dominum humiliter tractant, ut memorie amoris sui perpetui aliquod ei dare dignaretur. Ac mox Christum, qui desideria cordium electorum eis tribuit, & uoluntate labiorum ipsorum non defraudat eos, uelum capitis acceptum, uultui suo pleno gratiarum applicuisse, & uirtute sua omnipotente, in eo decorem & speciem faciei sue impressisse perfectiissimę Nec hoc incredibile est, aut impossibile ei, cui subest cum uoluerit, posse. & omnia que uult facit, in cælo & in terra in mari & in omnibus abyssis. Pium est hoc credere, sed ex quo euangelistę hoc non tangunt, neminę ad hoc credendum cogimus. Multa enim fecit, dixit & per tulit Iesus, qua in euangelijs non sunt digesta.
- Hest. 15*
Psal. 44
- Sap. 12*
- Ioh. 21.*

¶ Sed & pueri parui egressi de domibus illudabant ei, & saxis, luto platearum, alijsq; immundicijs eum impetebant. Nam sic olim in figura Christi, subfannarunt nuncios dei, & paruiperdebant sermones eorum, & illudabant prophetis, donec ascendit furor domini, essetq; nulla curatio. Et dixerunt ei: Mendacia tu locus es, & nō misit

misit te dominus . Et iterum: Vbi est uerbum tuū
 quo minatus es occisionem populo & captionem *Hiere. 17*
 nostram, Veniat. Sic posuit eum pater opprobri-
 um uicinis suis, subsannationem & derisum his qui
 in circuitu eius erant. Posuit eum in similitudinē
 gentibus, commotionem capitis in populis. Tota *Psal. 43.*
 die uerecundia eius contra eum erat, & confusio
 faciei eius cooperuit eum. A uoce exprobrantis &
 obloquentis, a facie inimici & persequentis. Hæc
 omnia uenerūt super eum. Et si pueri parui erāt,
 nihilominus magni erāt in malitia. Sicut serpentū
 & uiperarum genimina parentibus breuiores sunt
 in corpore, sed pares in ueneno. Lucas, *Ducebantur*
autem cum amara necessitate, et alij duo ne-
quam cum eo, ut crucifigerentur. Sic cum sceleratis *Eesai. 53*
 deputatus est. Sic custodiuit uias latronum (ut alia *Psal. 16*
 litera habet). Et hoc fecerunt ad cumulum suæ
 confusionis, ut princeps latronum æstimaretur, &
 omnium pessimus. qui unquā hominibus molesti
 fuerunt, aut iniurijs & damnis aliquos affecerūt.
 Sic agnus inter lupos incedit, lux inter densas tes-
 nebras iuuoluitur, dulcedo cum amaritudine cons-
 funditur, bonitatem malitia uincere molitur, ue-
 ritatem falsitas frustra impugnat. Nam infestas-
 tur crebro a uiris Belial & maledictionis filijs, *3. Esd. 4.*
 sed fortior est omnium ueritas & innocentia, sed
 ubi suppressa putatur & uicta, ibi erigat caput,
 trophea statuit, & triumphat coronata. Non uin-
 cit sapientiam malitia, uitam mors non superat, *Sap. 7*
 iustitiam iniquitas non contaminat, Innocentia

228 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Ecc. 26.** iuxta scelestos posita, magis elucescit, sicut sol mūdo oriens in altissimis Dei, nihil à tenebris detrimenti patitur, sed eas fugat & redigit in nihilum, in momento & in ictu oculi, uel uertit in claram lucem. Sic Loth inter Sodomitas luxit, ut luminare in mundo. Ioseph non est ab Aegyptiorum tenebris obscuratus. Nec Hieremias à scorpionibus, cum quibus habitauit, est ueneno eorum repletus. Nec Daniel ab idololatris est corruptus. **Daniel. 13** Neq; Iob à satana superatus. Neq; Susanna a subuersoribus est contaminata. Sic nec Christus, sol iustitiæ, lux mundi, sanctus sanctorum, ex associatione cum illis nequam, malus factus est, sed ex uno eorum qui tenebra fuit & iniquus, filium lucis fecit & regni. Voluit autem cum sceleratis deperari, quia uenit peccatores uocare ad pœnitentiã, & non iustos. Sicut medicus approximauit uulnerato misericordia motus, & alligauit uulnera eius. Sic hic misericordiam latro consecutus est & gratiam, dum filij diaboli eum adducunt ad Christũ, & in eo ostendit Christus Iesus omnem patientiam suam, ad informationem eorũq; credituri sunt in eum in uitam æternam. Sic filij diaboli cum patre suo cogitant de Christo malũ, sed Deus uertit illud in bonum. ¶ Videte quomodo Isaac hic ligna portat, Abel educitur perimẽdus, Ioseph hic est cum talari tunica, lita sanguine. Vere uir dolorũ est Christus saluator. Nam spernitur per oĩa ut purgamentum mundi, & est omnium peripsema. Sub crucis onere collum curuare iubetur, qui erigit

git

git elifos, & sui ipsius portare ignominiam, qui expandit amictum suum super eos, & operuit ignominiam eorum. O quam dissimilis processio hæc ab illa qua cum palmarum ramis ante dies quintus susceptus est. Tunc Rex acclamatus, saluator confessus, & sacrificio laudis honoratus est. Nunc ut latro eicitur, damnatur ut malefactor, maledicitur ut impius, regni & diuinitatis usurpator. Ibi uia illius uestimentis & arborum ramis sternebatur ad eius gloriam, hodie latronibus ad suæ confusionis cumulum, in uia qua ex hoc mundo ibat ad patrem, accepturus sibi regnum, associatur, & anima eius omnibus malis repletur. Tunc clamabant, benedictus qui uenit in nomine Domini. hodie eum maledicunt. Tunc o fanna, hoc est, obsecramus, salua nos. Velo salua nos. Nunc clamant, se ipsum non potest saluum facere. Tunc confitebantur eum esse Regem suum, nunc dicunt, non habemus Regem nisi Cæsarum, Crucifige eum. Nolumus eum regnare super nos. ¶ Dominus autem uniuersorum, qui dat lassis uirtutem, ex his quæ non sunt robur & fortitudinem multiplicat, sub crucis onere cepit uiribus destitui, inter eundem sepe duro casu terre collidebatur. Milites autem timentes eum deficere antequam ad locum supplicij pueniret. Ideo non ex misericordia (quæ nulla in eis fuit) sed mortis auditate impulsit. Matthæus. Apprehenderunt autem exeuntes, ciuitatem, quendam hominem Cyrenensem, ex Cyrena quæ est Libyæ ciuitas, forsitan & profelytus erat, uenientem de uilla, nomine Simonem, & ad
 ○ iij maiorem

Eze. 19

Matt. 12.

Luce. 19

Iohã. 14

Iohã. 16

Luce. 19.

Esaï. 40

Matt. 27

maiolem fidei confirmationem huius etiam duo filij nominatim exprimuntur, cum dicitur, *patrē Alexandri & Ruffi*. Hunc Simon em gēilem (quod obediens interpretatur) angariauerunt crucem Christi portare. Vnde textus habet, *hunc angaris auerunt*, iuxta illud, *compelle eos intrare, quia fœlix illa necessitas, quæ urget ad bonum, cogit crucem portare post Christum, relinquere malitiam, & salutem propriam cū metu & tremore operari*. Sic Apostolus prostratus in uia, compulsus est intrare, & fidem quam expugnabat, euangelizare. *ut tolleret crucem eius*, quæ Iudæis scandalum, & gentibus est stultitia, sed ipsis uocatis in regnum dei uirtus & sapientia, uera est & gloriatio summa. Lucas. *Et imposuerūt illi crucē portare post Iesum*, quæ Iudæis erat execrabilis, ppter uerbū maledictionis. Simon iste mysterium fidelium obedientium exprimit, quibus omnibus ex quo incumbit, portare crucem post Christum. Quia qui non abnegat semetipsum, & non tollit crucem suam quotidie & non sequitur sic Christum, non est eius discipulus, nec Christo dignus. Hic est calix salutaris, quamuis amarus, quem bibere nos oportet, etiam abhorrente carne, & reclamante. Quia qui Christi sunt, mortificant membra sua, & carnē suam cum uicijs & concupiscentijs crucifigunt.

¶ Mouetur hic quæstio: Christus an crucem suam primo solus portauerit, & postea Simonē eandē baiulauerit solus coactus? An iuxta picturas receptas, Christus & Simon una, uel simul eam portauerint?

Matt. 10.
16.

Lu 9. 14.

Matt. 20

Col. 3

Gallat. 5.

rauerint? Hieronimus hūc nodum soluit, dicens:
 Christum & Simonē non una crucem portauisse.
 Sed primo Christū, (qui cœpit facere & docere) Actu. 1.
 deinde Simonem, Christum ē Pilati domo usq; ad
 portas ciuitatis, atq; extra ciuitatē, ibi tum impos-
 sitam crucem Simoni Cyrenēo. Idē dicit Theo-
 phylactus. Sed Christus solus crucē sanctificauit.
 Et hoc etiam ostēdit opus. Nā Christus, si primā
 crucis partē baiulasset, & Simon postremā, nō po-
 tuisset se uertisse ad flētes mulieres quę eū seque-
 bātur. Vnde sequitur: *Sequebatur aut̄ eum exeuntē*
ciuitatem meretricem, sanguinum, plenam iniqui- Lucæ. 23
rate. In qua olim habitauit iustitia, nunc autem ho-
micidę, & quod execrabilius est, Deicidę. multa tur-
ba populi, & mulierum quę plangebant & lamentabā- Esaia. 1.
tur eum. In necessitate probatur amicus. Quia a-
micus uerus in die angustię, calamitatis & tribu- Sapi. 10.
lationis manet cum amico, & in uinculis non dere-
linquit eum. Et quem comitabantur, uera docentē,
miracula facientem, beneficia largientem,
cum etiam sequuntur, nouissimum uirorū, oppro- Psal. 21
brium hominum, & abiectiōem plebis factū, pec- 2. Cor. 5,
catum & maledictum. Tunc extraneus erat fra- Galla. 3.
tribus suis, & timor notis suis. Quando η qui uide-
bant eum foris, fugerunt ab eo, & obliuioni das-
tus fuit, tamquam mortuus à corde. Turba autem
hęc, non una eademq; mente eum sequebatur &
affectu. Aliquanti, qui eius mortem procurauerāt
& impetrauerant, ut cum gaudio & exultatione
morientem uiderent, eo quod grauis illis erat ad
 P V uidendum,

632 PÁSSIO DOMINI NOSTRI

uidendū , ac uita ipsa eum reputarēt indignum.
 Alij ut eum occiderent, ministri diaboli, Pharijsi,
 Pontifices & seniores populi, ut eum blasphemijs,
 improprijs, irrisionibus & scommatibus insecta-
 rentur donec emitteret spiritum. Ac omnem nas-
 uarent operā, ne quis eum aut liberaret, aut iuuas-
 ret, aut ullo humanitatis officio consolaretur. Alij
 qui mira, magna & inscrutabilia eius signa & pro-
 digia uiderant in uita, si quid in mortis agone fas-
 cere uellet, uidere cupiebant. Vt si de eorum mas-
 nibus se liberaret, si cœlum & terram moueret,
 si salutaria doceret. Vel, quali patientia, animi for-
 titudine & tranquillitate, quali uultu ex hoc mun-
 do ad patrem suum cœlestem iret. Si pater eum
 liberaret? Quosdam pietas & misericordia ad se-
 quendum eum impellebat, & iniuste damnatum
 lamentabantur. Isti luctum unigeniti fecerunt sis-
 bi plāctum amarum. Flebant super Christo qui
 afflētus erat, & anima eorum compatiēbatur, &
 proli & mœstissimæ matri. Sic flebant cum flens-
 tibus. At fons pietatis, pater misericordiarum,
 mœrentium consolator, qui electos consolatur in
 omni tribulatione eorum, conuersus ad illas Iesus,
 dixit: *Filiæ Hierusalem, nolite flere super me*. Non
 quod compati ei cuius sit iniquum, sed quod Chris-
 tum alijs parem estimare, peccatum est. Christus
 non solum fuit innocens, sed & ianocentiæ fons
 & largitor propensissimus, uerus Deus & homo,
 mortalis & immortalis, quod qui non credit, de
 eius passione nequicquam dolet. Ego patior ad
 omnium

Sapi. 2.
Iob. 30

Hiere. 6.
Iob. 30

Rom. 12.

2 Cor. 1.

omnium redemptionem, ego morior, sed tertia die uictor mortis, uitæ restitutor, resurrecturus. sed super uos ipsas flete, quia multæ ex uobis sunt quæ oculis proprijs uidebunt ultionem mortis meæ. & super filios uestros, qui in captiuitate & desolatione ciuitatis inuoluntur. Flete uos & uestram progeniem, & lachrymis abluite quod in me peccatur, ut nõ eum datis in reprobum sensum, damnum nemini in ultionem mortis meæ & passionis. Quoniam ecce uenient dies, mali & ultionis, in quibus dicent, habitatores Hierusalem, & Iudæa, præ angustia spiritus: Beatae steriles, & quæ nõ genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt, quia istæ matres nõ habebunt in prolibus afflictionem, nec fugæ impedimentum. Tunc, uidelicet obsidionis tempore, præ nimia miseria, incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos, desiderabunt enim mortem, & mors fugiet ab eis. Tunc ponet deus oculos suos super eos in malum, & non in bonum. ¶ Soler sexus infirmior, & pro his qui mortis filij sunt, & digna factis suis recipiunt, in lachrymas commoueri, & damnatorum exitus pro naturæ communionis consideratione misereri. Sed istum sibi Dominus Iesus planctum des dignatur impendi, cum esset agnus sine macula & peccatum non fecisset. Tum, quia non des cet luctus triumphum, nec lamenta uictoriam. Nam mors mea omnem mortem, & ipsius mortis destructura est autorem, ac triumphatura in semetipsa. Ideo non est, inquit, quod in me
 filie

Rom. 1.

Mat. 24.

Mat. 13.

Apo. 6.

Osee. 10.

6

Esaie. 53

1. Pet. 2.

Col. 2.

334 PASSIO DOMINI NOSTRI

filix Hierusalem dolere debeat, sed pro uobis plangite, & pro filiis uestris (à quibus sanguis meus requireretur, & in quibus mors mea ulciscetur) lugete. Non de saluatione credentium, & salute quã in medio terræ operor, sed de damnatione & impietate perentium, qui non respiciunt à diaboli laqueis, nec dignis pœnitentię fructibus expiant, quod in me impie peccant, lugete Ego crucem uolens patior, & mortem in me quam sum peremptus admitto, ut saluum faciam quod perieram, & omnia traham ad meipsum. Nolite ergo flere pro mundi redemptione morientem, qui tertia die resurget in gloria, & in fine mundi in maiestate patris uidebitis iudicantem, & unicuique secundum opera sua retribuente. Quomodo mors Christi ultra sit in Iudæis per Romanos, Iosephus septē, & Egessippus, quiaque libris plenæ sunt persecuti. Et digne ac iuste tanta passi sunt Iudæi perfidi. Quia si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Viride lignum seipsum & electos suos, aridum uero impios quosque & mortis sue authores significat. Si ego ipse (hæres uniuersorum, unigenitus patris, in quo princeps mundi nihil habet, qui in omnibus operibus bonis fructifico, que patri meo cœlesti placita scio, semper facio, iuste, sancte, & sine que rela omnibus adsum, digne deo & euangelio uixi, nemini ullam offensionem dedi, sed omnibus placui in bonum) sine igne passionis, siue supplicio crucis, à mundo non exeo, quæ tormenta eos manent, qui peccant sine omni timore, gloriantur in malitia,

Luc. 19.

Ioan. 12

Mat. 25

Rom. 2

Heb. 1

2. Tes. 2

1. Tim. 10

Eccle. 8

litia, in rebus pessimis exultant, audacter deū pro-
 uocant, & quasi nihil possit omnipotens, sic æsti-
 mant eū. Sed reddet deus illis iniquitatē ipsorum,
 & in malitia eorum disperdet eos, tunc cum dixe-
 rint pax & securitas. Nam tunc repentinus eis su-
 perueniet interitus, & in puncto uuentes in infer-
 num descendunt. Is finis eorum erit qui non cre-
 dunt euangelio, & non fructificant deo. Securis
 & ignis debetur aride arbori. ¶ Verum sicut
 patres eorum non audierunt prophetas domini ad
 se missos, sed deriserunt eos, in uentum eos locu-
 tos dixerunt, & eos persequebantur iniuste, sic &
 hic filij eorū, genimina uiperarum, pro nihilo ha-
 bent hanc Christi horribilem committationē. Mē-
 datum tu loqueris, dixerūt. Non misit te dñs de-
 us noster. Veniat dies domini. Vbi est uerbū dñi?
 Dæmonium habes. Et cum tam multis afflictio-
 nibus, doloribus, cōtumelijs & improprijs ad Gol-
 gata locū peruenerūt. Ideo Lucas ait: Et postquam
 uenerunt in locum, qui dicitur caluarie, in quo males-
 factores morte afficiebantur, ibi crucifixerunt eū,
 qui est flos campi, & lilium contalliū, sancti ussan-
 ciorū, author & dator omnium bonorū, destructor
 omnium malorū. ¶ Breuissime dñi crucifixionem
 (crucifixionis modo tacito) euāgelistę pariter de-
 scribūt, tanq̄ fidei piātatores, testimoniū contenti
 sunt reddere uerita: 1. Sed nos credentes deuotiss-
 simo corde & lachrymarū fonte exuberātes, mel-
 de petra, & oleū hoc de durissimo saxo sugere de-
 bemus, per meditationēs sacras, & tūc unctio eius
 de

Pro. 1
Iob. 22

Psal. 93
Iob. 21

Mat. 3.7
12

Hic. 43
Ioh. 8

Can. 2.

Crucifixio domini

Deut. 32.

236 PASSIO DOMINI NOSTRI

1. *Ioh. 2.* de omnibus istis nos docet, sicut edocuit multos
 ante nos, q̄ in passione Domini meditati sunt die
 ac nocte. Et ex hac meditatione, quāuis literatus
 ram nō cognoscerēt, homines sine literis & ideorū,
 ad summum sapientiæ culmen peruenerūt in bres
 ui, facti prudentes super omnes inimicos, & super
 oēs eos docentes, & senes, (in quibus tamen teste
Iob. 12. Iob, est sapientia) intelligentes, quę erat uoluntas
 Dei bona beneplacens & perfectā. Nec eam solū
 modo sciebant, sed etiam faciebant eam corde
 magno & animo uolenti atq̄ propensissimo, quod
 est uiri sapientis (ipsa æterna sapientia teste) insi-
 gne. Nihil enim tam illuminat intellectum, nihil
 tam inflammat affectum, nihil tam incendit in a-
 more Dei, nihil tam purgat a ueteribus delictis,
 nihil adeo diuites in Deo, & in omni gratia facit,
 nihil tam mundi, & eorū quę in mundo sunt dā-
 nabilem amorem exterminat, nihil mercedem &
 thesaurū in cœlis tā copiosum cumulat. Nihil tam
 Christo assimilat, nihil animā sic uirtutibus ex-
 ornat, adeo qđ Rex decorē eius cōcupiscat, nihil
 tā securū ex hoc mūdo exitū, & tā celerē in cœlū
 introitū facit, ac sup oīa bona Dñi constitutionē,
 q̄ iugis & deuota meditatio passionis Christi, cū
 assidua eius im̄tatione. Manna hoc absconditum
 est, & nemo nouit q̄ suaue, quā delectabile, q̄ uti-
 le & sup oīa desiderabile est, nisi q̄ accipit & co-
 medit illud, & in amore eius n̄giter delectatur.
 ¶ Sic ergo facta est Christi in crucem affixio.
 Primo uestibus decor humani generis spoliabat, &
 nudus

nudus reddebatur, sicut nudus egressus fuit de ute
 ro & thalamo matris suæ. Sed ut dicit doctor Seraphicus, tunc mater eius benedicta, quæ eum pan-
 nis inuoluit, quando eum inuolata peperit, accessit **Iob. 9.**
 fit, & uirginei capitis sui uelo eum ad renes cinxit, **Luc. 2.**
 ne opprobrium hominum & abiectio plebis esset, **Psal. 21**
 subsannatio & irrisio, in his locis & membris, in
 quibus fratribus sine culpa & peccato assimilatus
 & propter nos humilis factus fuit. O miseria, o
 dolor, o malitia, coram toto diaboli teatro, cor- **Heb. 2.**
 ram amicis & inimicis eum nudare, qui ornat &
 uestit omnia. Qui decorem induit, & lumine ac- **Psal. 92**
 mictus est sicut uestimento. Hoc uere est malum **Psal. 103**
 reddere pro bono, & odium pro sua dilectione.
 Nusquam talem pauperem legimus, neque Laza- **Lu. 9. 16.**
 rum ulcerosum, cuius laus est in Euangelio. Cui
 etsi de fuerunt humana obsequia, tamē canes linge-
 bant eius uulnera. Cui & si non dabantur aliena,
 sua tamen (qualia erant) ei non auferebantur pan-
 nosa uestimenta. Quæ spoliatio, nisi pœnalis mul-
 tum fuisset, nequaquam per prophetam diceret: **Tren. 3.**
 Recordare paupertatis meæ ¶ At quæ pœnalis &
 dolorosa exiitio hæc domino fuerit, ex his quæ pri-
 us dicta sunt facile est colligere. Nā hæc uestis uul-
 neribus eius iam impacta rursus fuit, & tota in hæsit
 ad glutinata. Quæ dū squissimi ministri & filij dia-
 boli, uiolenter & festiue obstraxerunt, omnia uul-
 nera eius renouauerunt, & dolorem super dolor-
 rem, & uulnera super uulnera ei tecerunt. Dolorē
 certe multo grauiorem, quam ei fecerunt in flagel-
 latione

latione. Sed propter te, o homo ingratus, tanta suffraginavit opprobria in trina exultatione, tanta confusio operuit faciem eius, tam incomprehensibiles dolores perculit. Primo namque nudatus fuit, ante te flagellationem, deinde quando exuebatur purpura, & proprijs uestimentis induebatur. Tertio hic, cruci affigendus. Et totiens etiam fuit coronatus. Primo post flagellationem in domo Pilati. Deinde ante purpuræ exultationem & proprii uestimenti induitionem. Et nunc ante exultationem, & rursus eius impressionem in caput eius, tremendum Angelis, ante cruci affixionem.

¶ Et dum hæc agebantur, alij mensuram acciperunt de latitudine & longitudine corporis eius. Alij secundum eam foramina fecerunt in cruce. Data tamen opera foramina hæc longius, & latius faciebant, quam mensura corporis eius fuit, ut durius in ea eum extendere sicut pellem, possent. Deinde supinum proijciunt eum super crucem, quæ iacebat in terra. Et acceperunt manum eius dextram, quæ donauerat sanitates omnibus male hæ-

Psal. 94 bentibus, in qua sunt omnes fines terræ, quam aspiciens omne animal benedictione sua implet.
Psa. 144 Quam nemo, neque uiuus, neque defunctus effugere potest. In quam horrendum est incidere. Hanc manum uno clauo, duro & grosso cruci affigebant, præfente, uidente & audiente ictus clauorum, mestissima eius matre. Altera manus foramen attingere non potuit, & propter neruorum contractionem, & foraminum improporionatam
 distan

distantiam. Funibus igitur alligata, uiolentiſſime manus ſiniſtra eſt extenſa, non ſine maximo corporis dolore, & compagum iuncturarumque fragore, & diſiunctione, donec foramen attingeret, & inſtar alterius cruci clauo affixa fuit. Puto & rationi conſonum eſt, quod dexteram manum funibus ad oppoſitam partem poſitionis tenuere, ne uiolentia tractionis manus ſiniſtræ cedens, diſciſſo uulnere a clauo ſolueretur. Poſtea pedes cancellatos, & multis uiribus tractos ſuper foramen, cruci uno clauo amboſ affixerunt. Et hac inhumana affixione, & corporis benedicti extenſione in cruce, factum eſt, quod omnes nerui, iuncturæ & oſſa eius poterant numerari. Et ſic illud impletum eſt: Foderunt manus meas & pedes, dinumerauerunt omnia oſſa mea, id eſt, dinumerabilia fecerunt Sic *Pſal. 112.* poſuit ut arcum curuum, in cruce brachia ſua, quæ *Pſal. 7.* do ſagittas orationum & ſeptem uerba ſua, cum clamore ualido ad patrem dirigere uoluit, qui habitabat in cælis. Sic extēderunt impij, cælum (hoc eſt, *Pſal. 103.* Chriſti corpus in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitauit) ſicut pellē. Sic extēdit manus ſuas ſuper iram inimicorum ſuorum, & ſaluos nos *Collo. 2* fecit dextera ſua. Sed extēdit manus ſuas tota die *Pſal. 137.* ad populum non credentem, ſed ſibi contradicentem. *Eſaiæ. 95* Expandit eas, ut omnibus det affluenter diuina uirtutis chariſmata, & nemo aſpicere dignatur datorem & dona eius. *Rom 10.* Hæc dira in crucem affixio & extenſio, grauiffima pœna fuit, quam pro nobis pertulit, dum pro redemptione noſtra cum *Prouer. 2*

Q ſquiſſimo

240 PASSIO DOMINI NOSTRI

faciſſimo hoſte manus conſeruit & fecit uictori-
am, ut ipſe dignatiōe benigniſſima, uni reuelauit.

¶ Deinde crux cum multis uiribus & laboribus
erigebatur in alium, cum deriſionibus & blaſphes-
mijs multis, afflictiō addentes afflictiōnes, & dor-
loribus dolores, & duro caſu de industria in foras
men ad hoc factum in lapide, talentum mundi ca-
dere permiferunt, adeo quod omnia oſſa, expansi
in cruce corporis Domini tremuerūt, nerui & ues-
næ, maxime manuum & pedum, uulnera clauorū
groſſitudine prius obſtruēta, rupta, laxata & am-
pliata, ex crucis & corporis pondere. Vnde tunc

- Gene. 7. eruperunt fontes abyſſi magnæ, fontes ſaluato-
Eſaiæ. 12. ris, fontes aquæ uiuæ ſalientes in uitam æternā.
Iohan. 4. Vide nunc ſtuum miſerationum Domini, egreſ-
Gene. 2. dientem de loco uoluptatis, ad irrigandum Para-
Pſal. 45. diſum, q̄ inde diuiditur in quatuor capita. Et ſus-
minum horum imperus, ciuitatem Dei lætificat,
abluit, fœcundat, & facit Deo fructificare in om-
nibus operibus bonis, quæ iuſtis permanent in uie-
tam æternam. Fons patris domui Iacob, fons hor-
Colloc. 1. torum & puteus aquarum uiuentium, abyſſalis boni-
Ioh. 35. tias, & æterna charitas dei, in corde Ieſu. Hæc in
Rom. 10. quatuor ſe ſumina diuiſit, in quibus ipſe diues eſt in
2. Tim. 2. oēs qui cum inuocant in ueritate, & diſcedunt ab
iniquitate. Eſt enim diues in gratia erga iuſtos.
2. Cor. 3. Diues in gloria, erga beatos qui facie ad faciem
Matt. 16. gloriam eius peculatur. Deinde diues eſt in miſe-
ricordia erga reſipiſcentes à diaboli laqueis. Ieſus
& æquus, reddēdo unicuique ſecundū ſua ope-
ra

ra. Ecce flumina quatuor, quæ alluunt uniuersam superficiem terræ. Leua gratiæ eius hic est sub capite nostro, dextera gloriæ eos amplexatur, quæ habitant in domo eius non manufacta, cœlesti. In uis iustitiæ ambulat, ut se diligentes ditet opibus supernis, & thesauros eorum repleat, mensurâ bonâ reddendo in sinus eorum. Interim misericordiam omnibus offert, quia misericordia eius, plena est cœlum & terra. ¶ Videte hic serpentem in parlo, uuam in uecte, Regem in throno eburneo, Saronem in suo ferculo, doctorem iustitiæ in cathedra, magistrum ueracem in sede Dei, Iudicem in nube, fructum uitæ in ligno, sacrificium iustitiæ in altari. Videte sacerdotem magnum secundum ordinem Melchisedech, panem & uinum offerentem, pro populo orantem, iram Dei auertentem. Videte ignem ardentem in rubo. Crux est ueri Davidis cythara quæ dæmon fugatur, gladius quo caput Goliath amputatur. Est signum quod leuauit Dominus in nationibus, sub quo profugos & dispersos Israel congregat in unum. Est signum quod nobiscum fecit in bonum, cui a filiis diaboli contradicitur, quod dum reprobi spiritus uident, qui odio iniquo nos odunt, confunduntur, quia in ea Christus nos adiuvat & consolatur. Est clavis cœli, porta paradysi, sacerdotis magni aspersorium, aqueductus cœlestis, sceptrum clementiæ, arbor in qua est esca uniuersorum, lignum per quod facta est iustitia. Est calix præclarus & salutaris, caminus ignis

Q ij &

Gene. 2

Cantic. 2

Heb. 11

2. Cor. 5.

Prou. 8

Lucæ. 6

Psal. 32

Num. 12.

3. Re. 10.

Matt. 22

Heb. 7.

1. Re. 16

1. Re. 17.

Matt. 23.

Heb. 5.

Daniel. 4

Sapi. 16.

242 PASSIO DOMINI NOSTRI

- & paupertatis, cornu salutis, currus dei igneus, cæ
 delabrum aureum, fasciculus myrrhæ, horrus con
 clusus, horologium solis sapientiæ. Est iugū Chris
 sti suaue, & onus eius leue. Lucerna ardens & lu
 cens, lux mundi, liber uitæ, scriptus intus & foris,
 lectulus floridus, laquæus in q̄ diabolus est captus,
 lampas in dei templo, medela animarum, murus
 inexpugnabilis, mare gratiarum exuberans, mag
 gisterium uitæ, est nubes obumbrans, nauis instito
 ris cælestis, organum deuotorum, operimentum
 omnium peccatorum, ornamētum electorum.
 Est dei aureum propiciatorium, pacis signum, pi
 gnus salutis, petra refugij, fundēs riuos olei, prom
 ptuarium plenum crucians ex hoc in illud. Est
 quadrigida saluans, reclinatorium aureum, rubus
 ardens sine lēione, requies piorum, riuus æternæ
 dulcedinis. Est sceptrum clementiæ, speculum ani
 marum, scutum ueritatis, schola omnium uirtutū,
 sal terrę, salus mūdi, sanitas orbis terrarum. Est
 thronus gratiæ, talentum negotiationis euanges
 licæ, torcular quod Christus solus calcauit, turris
 Dauidis, templum dei sanctum, pacis testamentū.
 Est uia, ueritas & uita, est uia excellentior & arcta
 quæ ducit ad cælum, uirga uirtutis & æquitatis,
 urbs fortitudinis, uinculum perfectiōnis, uolupta
 tis hortus. Sic reddunt ei mala pro bonis, Crucifi
 gunt eum qui de cruciatibus horrendis eos libera
 uir in Aegypto, & sub rege Ahiue ro, Antiocho, Sēs
 nacherib & Nicanore, ligant & cruci affigunt eū,
 qui uincula eorū dirupit. Vulnerant eū, qui sanauit
 contris

Mat. 11

Eze. 2

Can. 1.

Prou. 31.

Heb. 9

Psal. 143

1. Cor. 12

Mat. 7

Psal. 44

contritos corde, & alligauit omnes contritiones eorum. Qui uulneribus eorum unum infuderat & oleum. Qui pertransiuit omnibus benefaciendo, curando omnē languorem, & sanando omnes oppressos à diabolo. Virtus enim de illo exibat & sanabar omnes. Nec solū dominū crucifixerunt, sed Iohānes, & cum eo alios duos latrones, hinc & hinc, medium autem Iesum. Lucas. Vnum à dextris, & alium à sinistris. Sic cum sceleratis reputatus est. Mali homines, pessima uoluntate hoc fecerunt, sed ne scientes Dei uoluntatem bonam, sua mala in omnibus impleuerunt. Et quod illi in malum cogitabant, hoc deus uertit in bonum. Illi ignorantes sacramenta dei & uoces prophetarum quæ per omnem sabbatū legebantur, impleuerunt quæ de eo scripta erāt. Recte ergo in medio mediatorē dei & hominū crucifigunt. Ipse enim pax nostra est, quæ fecit utraq; unū. Vnde crux Christi non solū tormentum est iudicati, sed iudicantis quoddā tribunal est & thronus. In ea uidemus bonitatē & seueritatem dei. In eos qui nō credunt, in stercore suo computrescunt, nolunt intelligere ut bene agant, resistunt ueritati, induratur in malo sicut adamas, ut latro sinister, qui uocatus noluit uenire, seueritatem dei. In altero qui relicta malitia, conuersus est ad Dñm, uide bonitatē dei. Vide quā benigne eū recepit, iustificauit, magnificauit: & glorificauit. Illum iuste dereliquit, huic misericorditer saluauit in regnū suū cœleste, etiam eodem die. Futuri etiā magni iudicij eius figura crux fuit, quando in

Mat. 9. 10
Actu. 10.

Eesai. 53

Sapient. 2

Actu. 13

Ephes. 2

Rom. 11.

Iohes. 1

Matt. 23

Sap. 12

Rom. 8

Q. iij. nubi

244 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Heb. 4. nubibus cœli ueniens cū potestate magna & ma-
 iestate, oues a dextris, hœdos ad sinistra statuet. Il-
 las assumet ad gloriã, istos iudicabit ad gehennã.
 In uita quæ nũc est, crux est thronus misericordie
 dei & gratie, electis. In iudicio erit re, p̄bis tribunal
 eterne damnationis, cum diabolo & angelis eius.
 Sic semp malos re, p̄bat, & bonos eligit, odit mas-
 los & diligit iustos. Iã superest, dulces audire mos-
 dos, quos uerus Dauid in cyt hara sua decãtauit, &
 in psalterio docacordo. Intus in corde gratias a-
 gebat patri misericordiarũ, p̄ perditu hominis lis-
 beratione. Foris, p̄tulit ore uerba intrinseci dolo-
 ris, quæ ita dolorẽ declarabãt, ut non minus plena
 salute occultiora sacramẽta pijs auribus explicas-
 bãt. Videamus, p̄inde, quæ flammæ sunt ignis diui-
 ni amoris, qui uehemẽter ardebat in Christi cor-
 de. Cõsideremus etiã quãti doloris, qui tũc afflix-
 it cor illius sint explicatiua. Quid aliud uoluit
 Christus, nisi ut ignis sui amoris in cordibus nos-
 tris uehemẽter accõderet. Et quid odiuit, detes-
 tabañ & horruit, nisi peccatũ. At nõ solũ refriguit
 charitas se crucifigẽtiũ, sed adeo malitia eorũ abũ-
 dauit, quod occiderũt filiũ Dei, quod fuit impietas
 maxima, & peccatũ ad mortẽ, quod nec in hoc se-
 culo dimittit, neq; in futuro. Nisi Deus, p̄pter nis-
 miã charitatẽ suã cõiuisicat, illuminet, trahat &
 quãdammodo cõpellat eos, ut in seculis supuenienti-
 bus ostẽdat abũdantes diuitias gratiæ & misericor-
 diæ suæ in bonitate sup eos, & saluet eos gratis
 p̄pter nomẽ suũ. Quis diuitias bonitatis eius uers-
 bis

bis potest æquare loquēdo? Ille cogitat cogitatiōes
 ones pacis, & nō afflictionis. Vult oēs hoīes saluē
 fieri, & ad agnitiōē sui noīs puenire. Non uult
 mortē peccatoris, sed ut cōuertat & uiuat. Ideo in
 diebus carnis suæ, p̄ces & supplicationes ad patrē
 misericordiarum cum clamore ualido & lachry-
 mis obrulit, & p̄ sua reuerentia exauditus fuit. Nā
 dixit: Pater, misericordiarum, & Deus omnis con-
 solationis. Qui miseris peccatoribus sicut pater
 filiorum suorū miseretur, q̄a scis figmentū huma-
 num, dimitte illis, peccati istius noxā. Sic obsecra-
 tio Christi, p̄ Iudæis ad patrē fiebat ad saluē. Ecce
 peccata multorū tulit, & p̄ transgressoribus or-
 rauit. Sic dilexit inimicos, benefecit odiētibus, or-
 rauit p̄ persecutoribus & calūniatoribus suis, quia
 nesciūt quid faciūt. Ecce quō Deus charitatē suā
 cōmendat in nobis, quoniā cū adhuc inimici eius
 essemus, Christus p̄ nobis mortuus est & orauit.
 Et illū aduocatū iustū, adhuc habemus apud patrē,
 & adhuc interpellat pro nobis semp, & est propi-
 ciatio pro peccatis nostris, & in p̄petuū saluare po-
 test. Quod aut dicit, q̄a nesciunt, uidetur oēs tan-
 gere. Vnde scriptū est: Dixit Petrus: Et nunc scio
 fratres, q̄a p̄ ignorantia interfecistis authorē uitę,
 sicut & principes uestri. Hinc Paulus ait: Si cognos-
 uissent, nūq̄ Dñm & Regē glorię crucifixissent. Nī
 hilominus, p̄ eisq̄ noluerūt eū scire in dolo. Qui deo
 dixerūt, recede a nobis, scientiā uiarū tuarū nos
 lumus. Qui deridebāt & spreuerūt documēta & cōsi-
 p̄tia dei, Qui p̄iecerūt oēs sermones suos retrorsum

Q̄ iij Qui

Hiere. 29

1. Tim. 2.

Eze. 18.

Hebr. 5.

2. Cor. 1

Psal. 102.

Rom. 10.

Esa. 53.

Matt. 5

Rom. 5

1. Iohan. 3

Roma. 8.

Heb. 7. 9

Actu. 3.

Hier. 9.

Iob. 21.

Lu. 7. 16

Psal. 49.

246 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Qui eloquia Dei blasphemauerunt. Quibus uerbum Dei factum fuit in opprobrium, & derisum, pro his non orauit. Vnde profunde considerandum, quod amorem Christi in cruce multæ aquæ nõ poterunt extinguere, nec omnia flumina dolorum obruere, quo minus obliuisceretur misereri & parcere. Nec potuit in ira sua continere misericordias suas. Non fuit obumbratus confusionibus, non absorptus doloribus, etiam dum crucifigitur ex amore cordis maximo, pro eis orat in bonum. Nõ dicit: Vide Domine & considera, quomodo reddunt mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Non dixit: Tu Domine Sabaoth, qui iudicas iuste, uideam ultionem tuam ex eis. Non dicit: Confundantur qui me persequuntur, & nõ confundar ego, paucant illi, & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Neque dixit: Tu Domine exercituum, probator iusti, qui uides renes & corda, uideam quæso ultionem tuam ex eis. Tibi enim reuelauic causam meam. Neque dixit: Veniat mors super illos, & descendant in infernum uiuentes, & deduc eos in puteum interitus. Non dixit: Iudica Domine nocetes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui persequuntur me, dic animæ meæ, salus tua ego sum. Confundantur & reuertantur, quærentes animam meam. Redde eis septuplum in finem eorum. Sed quid dixit Pater, ignosce illis,

lis,

lis, non enim sciunt quid faciunt. O quam suavis
 & benigna est misericordia tua Domine Iesu, sup *Pfal 85*
 ingratos & malos. Neque solummodo suavis &
 mitis es, & multæ misericordiæ omnibus inuocan-
 tibus te. Sed & miserator & misericors es, patiens
 & multæ misericordiæ & uerax es super iniquos,
 qui insurrexerunt super te, & super synagogam
 potentium, qui quesierunt animam tuam, & morte
 turpissima te condemnauerunt & occiderunt.
 Nunc scimus, quod miserationes tuæ sunt super *Pfal. 144*
 omnia opera tua. Misericordia tua plena est ter- *Pfal. 32*
 ra, quia parcis omnibus, quoniam tua sunt Domi- *Sap. 11*
 ne, eo quod amas animas. Ideo ego multorū mihi
 cōsciū peccatorū, ad thronū misericordiæ tuæ &
 gratiæ cū multa fiducia recurro, & dico: Propiti- *Luca. 18*
 us este mihi peccatori Deus, & saluū me fac, ppter *Pfal. 6*
 misericordiam tuā, & in misericordia tua, quia in *Pfal. 108.*
 misericordia tua supersperaui. Noli mecū facere *Pfal. 78.*
 secundū peccata mea, neq; secundū iniquitates
 meas retribue mihi. Ne memineris iniquitatum
 mearum antiq̄rum, neq; delictorū iuncturis meę,
 sed cito anticipet & me pueniant misericordię tuę, *Apoc. 3*
 quia ego meapte malitia, paup̄ nimis factus sum, *Pfal. 143.*
 miser item & miserabilis, cæcus & nudus. Sed tua
 deus misericordia adiuua me, quia tu es misericor-
 dia mea, & refugiū meū, susceptor meus & libera- *Primum*
 tor meus, & ppter nomē tuū, ppitius esto peccatis *uerbum.*
 meis. ¶ Pater, ignosce illis quia nesciunt quid
 faciūt. O amor superfluens dulcissimi cordis Iesu,
 sup impios h̄p̄tes suos. Ecce nō solū eis qd̄ in eū
 Q V peccauerunt,

248 PASSIO DOMINI NOSTRI

peccauerunt, indulfit, sed & pro eis intercessit, &
 eos excusauit. Quis unquam audiuit talia, aut quis uis-
 dit huic simile. Sanguis iusti Abel clamat ultio-
 nem, sanguis Christi remissionem. Animæ iustor-
 rum sub altari dei precantur uindictam, anima
 Christi super altare crucis exaltata, orat ueniã.
 Ad tria autem hominũ genera, Christus oratio-
 nis huius uerba dilatauit, ut nemo sit qui se abscon-
 dere possit a calore dilectionis eius. Direxit ea
 ad ipsos crucifixores, ad Iudæos ignorantes, ad
 quoslibet peccatores, deũ exasperantes. ¶ Orat
 pro crucifixoribus, & ut paternam iustitiam erga
 eos flectat ad misericordiam, ignorantia illorum
 allegat, dicens: Quia nesciunt quid faciunt. Sciunt
 quod crucifigunt, at nesciunt: quẽ crucifigunt. Roman-
 ni erant & ex gentibus qui ignorabant deũ, & uo-
 ces prophetarũ, ministri & milites Pilati, ideo pror-
 sus ignorabant quem crucifigebant. ¶ Vnde miseri-
 corditer eis subuenit pietas saluatoris, cũ sit de-
 us saluos faciendi. Ois namque culpa facilius ueniã
 promeretur, quã ab ignorantia, quã quã a malitia
 exordium sumit. Nesciebant quid faciebant, quod si-
 dem calūnijs falsis, & testificationibus Iudæorum
 dabant, & se eis gratificari gestientes, tam crudes-
 liter in agnũ dei sæuebãt. At Christus malis res-
 plenus & doloribus, ut uincat in bono malum, pro
 eis patrem interpellat. Orat etiam ex abyssali mi-
 sericordia pro perfidis Iudæis, ut indulgentiã con-
 sequantur. Pro simplicibus uidelicet & idiotis, qui
 non cognouerunt literaturã & uoces prophetarũ.
 Vnde

Esai. 66.

Gene. 4

Meh. 12.

Apoca. 6

Psal. 18.

1. Cor. 15

Actu. 13.

Eph. 4.

Psal. 67.

Roma. 12

Hier. 5.

Vnde ait: Quia nesciunt quid faciunt. ¶ Deinde dici potest, quod ex abundantia pietatis, pro omnibus peccatoribus orat, qui inique agunt usquequaque. Nā peccatores quantumcumque ueniant in profundum, aut deum audacter prouocent, deū non timeant, homines non reuereantur, aut conuertantur in arcum prauū, aut desperati sint, aut in reprobum sensum dati, aut malitia repleti, & omni iniquitate, tamen quatuor ignorantias habent. Ignorant certe, quam districti iudicis maiestatem offendant. Quantam benignissimi patris charitatem contemnant. Quantam turpitudinem animæ suæ infligant. Ac postremo quantum tormentum æterni cruciatus incurrant.

¶ Nec frustra orauit Christus, sed exauditus est pro sua reuerentia, & pro patris sui abyssali misericordia. Nam de huius orationis uirtute fuit, quod prædicatio Petri apostoli, ex his qui dixerunt: Sanguis super nos, & super filios nostros, multorum corda ad pœnitentiā conuerteret, & una die baptizarentur fere tria milia Iudæorum, fieretque omnium cor unum & anima una, paratorum, pro eo mori, quæ poposcerant crucifigi. Nec solummodo discipulorum numerus crescebat & ualde augebatur in Hierusalē, ex simplici populo, sed & multa turba sacerdotum, qui in morte Christi, promouenda erant primi, relicta malitia, obediētiæ fidei. Scripsit autem et Pilatus titulum, et posuit super crucē, ut dicit Augustinus. a corde Pilati diuelli non potuit, quoniam Christus uerus esset rex Iudæorum, & ex inuidia condemnatus ab ipsis. At

Theophyl.

Prok. 18.

Psal. 113.

Luc. 18

Roma. 1.

Heb. 5

Astr. 2

Astr. 6

Ioh. 19

Theophylacto & Hieronymo testibus. Iudæi procurabant scribi titulum, cum dolo & malitia intendentes per hunc uituperare & diffamare Christum, eo quod regem fecisset seipsum. Ut sic prætereuntes, non mouerentur ad eius compassionem & misericordiam, sed magis eum maledicerent, subsannarent & aspernarentur. Vnde & triplici lingua eum scribi elaborauerunt, ut omnes eum legere possent, & Christo impudentius insultarent. In lingua hebræa, propter Iudæos (quam nullus eorū seruoauit) in lege domini gloriantes. In lingua Græca, propter mundi sapientes. In Latina, propter Romanos toto orbi dominantes. Verum quod illi cogitabant in malum, deus conuertit in bonum. Nam allophylus Pilatus, titulum scripsit, sed non ut ipsi, sed sicut uoluit deus & ueritas fuit. Vnde Mattheus & Marcus dicunt, & posuerunt super caput eius in tabula causam mortis ipsius, quam confessus est coram Pilato, quia aliud probare non poterat. Et hoc lex eorum, psalmi & omnes prophetæ astruunt titulum, ait Iohannes & Marcus. Titulus à tuendo deriuatur. Sic titulus iste Christum ab omni calūnia falsa Iudæorum uindicat & cæuetur. Atque ora obstruit de eo loquentium iniqua. Iusuper titulus iste operis redemptionis humanæ, quo nos liberauit de manu inimicorū nostrorū, & omniū qui oderūt nostrum triumphum præ se fert. Per translationē etiam titulus ponitur pro laude & dignitate. Hoc modo, nullis uerbis paucis, laus, honor & dignitas Christi potuisset efficacius & absolutius exprimi.

Quid

Quid enim Iesu, id est, saluatore desyderabilius?
 Quid Nazareno, id est, mundo à peccato honoris
 ficientius? Quid Rege regum gloriosius? Iudgorū,
 id est, eum confitentibus, utilius? Iste est titulus,
 memorialis, præconialis & triumphalis. Memori-
 alis, qui nūquam à memoria delcatur. Sed semp
 per recordemur paupertatis & transgressionis es-
 ius, absynthij & fellis. Et ponamus Iesum sicut sig-
 gnaculum super cor nostrum, & sicut signum su-
 per brachium nostrum. Præconialis, id est, laudis,
 famæ & gloriæ. Laudis Christi plena est terra.
 Fama eius exijt in uniuersam terram. Imo fama
 nominis eius crescebat quotidie, & per cūctorum
 ora uolitat, quia (ut Regina Saba ad Salomonem
 dixit) famam uirtutibus uincit. Sed & ipse est Rex
 gloriæ. Et uidit omnis terra gloriam eius, gloriā
 quasi unigeniti a patre, plenum gratiæ & ueritas.
 Est & titulus triumphalis. In ipso, uita, mors
 tem & mortis authorem triumphauit & uicit, &
 alligauit fortem illum, domum mortis destruxit,
 arma illius abstulit, spolia ipsius distribuit, ipsum
 confidenter traduxit, & palā in semetipso trium-
 phauit, & foras eiecit. Verba autem tituli hæc es-
 rant secundū Mattheū: *Hic est Iesus. Iohānes, Nazare-
 renus, Rex Iudæorum*, Marcus dicit. *Rex Iudæorū*,
 suppressis alijs uerbis. Nempe, Iesus nazareus.
 Nam hoc in causam crucifixionis nō ponebatur,
 nec ei obijciebatur, ideo hæc duo uerba in Marco
 tacentur. Non enim negari poterat, quin Iesus,
 id est, saluator esset, qui tot in anima & corpore
 saluauerat

Treno. 2

Cant. 8

Matt. 9

Hest. 9.

2. Pa. 9

Ioan. 2

Matt. 12.

Lucæ. 11.

Col. 2

Matt. 1.

Cant. 2

252. PASSIO DOMINI NOSTRI

saluauerat. Nec obijciebat, quod Nazarenus esset
 Matt. 10 qui inter eos floruit sicut liliū inter spinas, & sicut
 1. Tes. 2 agnus sine ulla peccati macula, inter ipsos lupos
 Iohā. 8 cōuersatus fuerat, sancte, iuste & sine quærela ad
 Esaiæ. 35 oēs se habendo, adeo quod & ipsi de nullo pctō
 Eccle. 24 arguere eū potuerūt in ueritate. Floruit quasi liliū
 Psal. 68. germinans. Et flores eius fructus honoris &
 honestatis. ¶ In quatuor uerbis tituli, effectus
 Matt. 1 crucis ad liquidū, & fructus exprimunt. Nā dum
 quæ nō rapuit, patri, p nobis exoluit, Iesus nobis,
 id est, saluator est factus. Ipse saluū fecit populū
 suū a pctīs eorū. Per florē innocētiæ, & munditiæ
 cordis, & innocentiam manū, ac uitā deo & euangēlio
 8. Tes. 4. dignā, est nobis exemplū & forma ambulan
 di & placēdi deo. Nulla sylua talē profert, fronde,
 flore germine Flos iste de radice Iesse ascēdit.
 Esaiæ. 11 Rex crucis & crucifixi, dicit directionē in uiam ius
 titiæ, pacis, dilectionis, & arctā quæ ducit ad uitā.
 Regit electos in uita gratiæ, & dirigit in uiam
 salutis æternæ. Ipse est iudex noster, legis n̄r, &
 Esai. 33. rex noster. Ipse rex unus est, oībus imperās. Et re
 gnat in domo Iacob in æternū, uelint, nolint inimic
 2. Tes. 37. ci eius. Iudgorū autē rex est, nō eorū q̄ ex sola car
 Lucæ. 1. nis circumcisione Iudæi sunt, sed principaliter eorū
 Rom. 2. rū q̄ circūcisi sunt in spiritu, quorū laus est a deo,
 Rom. 10. Qui corde credunt ad iustitiā, & ore, ope & uita
 1. Cor. 1. deū confitentē ad salutē. Hos regit in sua sapiētia,
 Sapi. 12. & nihil eis deest in ulla gratia, & eos cum magna
 reuerentia disponit atq; custodit sicut pupillā ocu
 li sui. Nō relinqt hominē nocere eis Illos uero, q̄
 nolunt

nolunt eū regnare sup se (malis gratibus eorum)
 regit in uirga ferrea, & tanq̄ uas figuli cōfringit, *Pfal. 2.*
 & adduci ad se iubet, & corā se interfici *Hūc ergo Luc. 19.*
 titulum p̄conialem & triumphalē, quo nemo ma-
 nifestius, aptius & magnificentius unq̄ honorifica-
 tus est sup terrā. *multi legerunt Iuda orū,* q̄ cū inui-
 dia tabescente iter habebāt, sicut scriptū est: *Pec-*
cator uidebit & irasceit, dentibus suis fremet & ta-
bescet, quia prope ciuitatē erat locus ubi crucifixus
est Iesus. Oībus em̄, nō tā loco, q̄ benignitate, cors
 de & gīa, p̄pe est Iesus, etiā crucifixoribus, q̄ inui-
 ste eū sunt p̄cuti, q̄a in ipso uiuimus, trouemur
 & sumus, ipse cōlū & terrā replet: ideo facile ui-
 det̄ ab his qui diligunt eū, & inuenitur ab his qui
 quærunt illū in simplicitate cordis sui. *Præoccu-*
pat eos qui eū concupiscunt, ut illis se p̄ier ostē-
dat. Dicebant ergo Pilato, cū maxima cordis ama-
 ritudine, dolore & indignatione, uidētes Christū
 sic summo honore & gloria exaltari, & se confun-
 di, traduci, & summa ignominia atq̄ æterna des-
 honestari. *Videntes ergo & legentes titulū,* tur-
 babant̄ timore horribili, & mirabantur in subitas-
 sione insperati honoris & summi p̄conij, quo
 p̄ses eum exaltauit. Ideo gementes p̄ angustia
 spiritus dicebant Pilato: *Noli scribe Rex Iuda orū.* *Iob. 20.*
 Sic gaudiū hypocritarū de Christi crucifixione,
 breue fuit & instar pūcti, & eius extrema, luctus
 occupat. *Ecce mox cū desyderium cordis sui ma-*
lise putabāt accepisse, uenit sup eos conturbatio
super conturbationem, & principes inducebantur
 merore

Sapi. 6.
Pfal. 111.

Aflu. 17.
Hiere. 33
Sapi. 6

Sapi. 5.

Iob. 20
Pro. 14.
Eze. 7

merore. Sed p̄fidi isti, & spiritu sancto, qui eū Regem esse p̄dixit, per ora omnium prophetarum & sibi p̄s contradi-
 cunt, qui eum esse Regem suum ex semine Dauid, ante quinque dies magnis uocibus clamauerunt, sed dixerunt, ad Pilatum, res-
 duc calculum, corrige titulum, muta edictum & scribe, quia ipse seductor, dixit, mendaciter, Rex sum Iudæorum. Mentitus est in collum suum, quans-
 do nomen Regis sibi usurpauit. Sed etiam si rum-
 pamini, ipse regnat in domo Iacob, in æternum. Et in femore scriptum habet, & in suo uestimēto, Rex regū, & Dominus dominātium. Et constitutus est Rex super Sion montem sanctum Dei. Pilatus edoctus per unctiōem sancti spiritus, ad cō-
 fusionem Iudæorum, talem posuit super crucem titulum. Quia per spiritum sanctū, Reges regnāt, & legum conditores, iusta & uera decernūt. Per eum principes impetrant, & potentes (sicut Pilatus fuit) decernunt iustitiam. Sic Cayphas Pontifex, non à semetipso & à spiritu proprio locutus est, quod Iesus moriturus erat pro gentibus. Imo pro omnibus. Respondit Pilatus, prout spiritu sanctus eum edocuit, & dabat eloqui illum. Nō enim ille loquebatur uerba hæc, sed spiritus sanctus per eum. Quod scripsi, scripsi. Verbum Domini manet in æternum, ideo quod scripsi indelibile manebit. Nec iota unum aut minimus apex ex titulo uariabitur quod uos excuset. Verus est titulus, ueritatem testatur, quæ omnia uincit, manet in æternū & inualescit & uiuit, & obrinet in secula seculorum.

rum.

rum Rex est Christus, non solum Iudæorum, imo
 & gentium. Quia regnum ipsius omnibus domi- 3. Esd. 4.
 natur. Non potest mutari quod Preses scripsit,
 quia non potest mutari quod Spiritus sanctus per Psal. 102.
 ora omnium prophetarum de Christo prædixit.
 Milites ergo cum crucifixissent eum, nudum, ut nu- 2. Cor. 3.
 da ueritas prodiret in lucem, quæ prius uelamini-
 bus multis obuoluta erat sub lege. Nudus namq; Job. 1
 de utero benedictæ matris suæ egressus fuerat, 1. Tim. 6.
 nudus reuertebatur illuc. Sic & nos nihil intulimus
 in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre
 quid possimus. acceperunt uestimenta eius, sicut
 scriptum est: Nudos dimitunt homines, uestimē- Job. 24
 ta tollentes, & fecerunt quatuor partes, unicuique
 militi partem & tunicam. Non est credendū quod 2. Cor. 8.
 Christus qui propter nos egenus & pauper factus
 est, uestibus præciosis fuerit indutus, quia cul- Lucæ 61.
 tum fastuosum & deliciarum, in diuite epulone
 culpauit, & uanitatem hanc per Apostolos suos,
 Petrum & Paulum prohibuit etiam sexui infirmi- 1. Pet. 3
 ori. Vnde ministri diaboli uestimenta Christi ad 1. Tim. 2
 opprobrium eius & despectum diuiserunt, perinde
 ac subsannando dicerent: Quia se Regem esse
 dixit, habeamus singuli aliquid de regis exuijs
 & uestimentis. Eo etiam maiorem dolorem hæc
 partitio uestimentorum cordi eius fecit, quo uestes
 illas, mater sua charissima labore manuum
 suarū texuerat, & cedebāt tā indignis. Erat autem
 inter uestimenta eius, tunica inconsutilis, desuper
 contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem, filij
 R. diaboli

256 PASSIO DOMINI NOSTRI

diaboli. Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt uestimenta mea, in quatuor partes, & super uestem meam inconsutilem, miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Acceperunt nimirum uestimenta eius, pro magnæ uictoriæ spolijs & manubijs, & diuiserunt sibi milites robusti & fortes, quod ea poterant uenundari multo. Nō enim uilia putabantur uestimenta, de quorum simbrijs contactis, uirtus exire consueuerat, & sanabat infirmos, quæ & ex cōtactu carnis suę sanctificata, & ex p̄cioso illius sanguine tincta, & q̄si margaritis & lapidibus p̄ciosissimis adornata erāt. Neq̄ in illo spectaculo deerāt multi boni & iusti, q̄ ad cōparandū ea certatim se ingerebāt. Nā ut matrē agni taceā, in cuius lacte hēdus coquebatur, & discipulū illū quē Iesus dīlexit, stabāt etiā iuxta crucē & thronū gratiæ, & misericordiæ Dei, omnes noti Iesu (flentes super eo qui afflictus erat, & anima eorū pauperi compatiēbatur, qui non habuit ubi caput resclinaret) a longe & mulieres quę secutę eū erāt a Galilæa, hæc uidētes. Maxime Martha & Magdalena. Quæ si oēm substantiā domus suę, p̄ eis dare debuisſent, quasi nihil eā despexissent ut tam inestimabiliter p̄cioso thesauro se ditaret. Quāuis uestimenta hæc a militibus despicerētur q̄si lutum, dū ignorabāt q̄ erant p̄ciosa. Sic in corpore suo saturatus opprobrijs & doloribus Deus oīs cōsolationis, q̄ oīs lugētes cōsolatur,

& in

Matt. 9

Re. 5

Luca. 8.

Iob. 30.

Matt. 8

rou. 31.

antic. 8

& in anima omni amaritudine repletus est a filiis sceleratis, pmittente omnipotēte, q in eo possit iniquitatē omniū nostrorū, & peccata nostra tulit. Vestimēta quoq; sua cedere uidit in perfectioribus suis in sortē, ad cumulū sui meroris. ¶ Hic data o pa multa trāseo gratia breuitatis, de ueste incōsutili ecclesiasticæ unitatis, q̄ heretici frustra hactenus scindere moliti sunt, sed nō p̄ualuerūt. Nā cōfusi sunt oēs, quos niā deus spreuit eos. Semp defecerūt scrutātes scrutinio. Quia deus dissipat cogitationes malignorū, ne possint implere manus eorū qd ceperūt. ¶ Et sedentes milites, q̄ quas ei p̄enas grauiiores uel nouas inferrēt, nō habebāt, nec excogitare potuerūt, seruabant, & custodiebant eum, ne uidelicet euaderet, aut aliq; eū diligens de cruce deponeret. At diligētia sacerdorū & militū nobis, p̄fuit, ut maior refugētis a morte & manifestior uirtus appareret. Tunc impleta est scriptura, q̄ dicit: Obsederūt in gyro tabernaculū meū, fratres meos lōge fecit a me, & nos mei q̄si alieni recesserūt a me. Sic defecit in dolore uita Iesu, & anni ei⁹ in gemitib⁹. Infirmata est in paupertate uirtus eius, sicut inimici eius putabāt & ossa eius cōturbata erāt. Super oēs inimicos suos fact⁹ fuit op̄, p̄briū uicinis suis ualde, & timor notis suis. Qui uidebāt eū foris, fugerūt ab eo in horro, & obliuioi dat⁹ fuit tāq̄ mortuus a corde. Factus fuit tamq̄ uas pditū, & audiuit uitupationē multorū, cōmoratiū

R ij & stantium

Efai. 43

Pfal. 52

Pfal. 63

Iob. 5.

Matt. 27

Iob. 19.

Pfal. 30

Pfal. 30

258 PASSIO DOMINI NOSTRI

& statutū in circuitu, de quibus subditur Mat
 thei & Marci. *Prætereūtes autem, ante crucem
 crucem fugientes, abhorrentes & tollere recusantes.* Ignorantes quod erat benedictum lignum,
 per quod facta est iustitia & iustificatio omnium
 qui credunt sū Christum Iesum crucifixum, blas
 phemabant eum, qui super omnia benedictus deus
 est in secula. Cum quo pater omnia nobis donas
 uit. Qui factus est nobis sapientia à deo, & iusti
 tia & sanctificatio & redemptio. Maledicebant
 eum, qui omni cœlesti benedictione eos benedis
 xit, mouentes capita sua. Sic factus est opprobriū
 illis, uiderunt eum & mouerunt capita sua. Sic de
 reliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctū
 Israel. Et iterū: Spreuit te & subsannauit te uirgo
 filia Sion, post te mouit caput filia Hierusalē. Mos
 tus autem capitis despectum & abominationem
 significat cordis, dicentes irrisorie: *Vah qui destru
 is templum dei, & in triduo illud reedificas.* Verbū
 est falsorum testium, quod modo ipsis nescienti
 bus impleri incipit. Quia modo templum dei san
 ctum, in quo omnis plenitudo diuinitatis corpor
 raliter inhabitat, soluunt. Et tua uirtute illud in
 tribus diebus reedificas, quæ iam nulla apparet.
 Sed expe cta diē tertiū, & uidebis gloriā Dei. Hic
 abscondita est fortitudo eius. Hic aruit tamquam
 testa uirtuseius. Sed in die tertia fiet salus & uirtus
 & regnum dei nostri & potestas Christi eius. Tunc
 qui modo uoluntarie moritur ex infirmitate car
 nis, uiuet & uiuificabit se ex uirtute suę deitatis, &
 excitabit

Capic. 14

Rom. 9

Rom. 8

1. Cor. 1

Ephe. 2

Psal. 108

Esaiæ. 1

Eccl. 37

1. Cor. 3

Collo. 2

Abac. 3.

Psal. 21

Apoc. 12.

2. Cor. 13

excitabit atque reedificabit templum corporis sui, sanctum. *Saluum fac te metipsum.* Et hoc faciet, quando uenit hora eius. *descendens de cruce.* Saluum faciet semetipsum, non per descensum de cruce, ut tu false promittis & expectis, sed obedientiæ paternæ & redemptionis, humanæ consummato opere. Non uenit facere uoluntatem tuam impiam & diabolicam, sed patris sui cœlestis bonam. Dolet ecce, uenienti serpentis aſtura, exaltatum in deserto serpentem æneū, per quem ipse foras eijcitur, & regnum eius destruitur. Cuius intuitu sanantur squisſima eius quæ infixerat animarum uulnera, & morsus eius ignita, iacula exsinguuntur, quæ nullo alio circumligari fasciis, nec curari medicamine, nec oleo poterant foueri. Videbat uersipellis, ex crucifixi aspectu, sanari omnes contritos corde, & alligari omnes contritiones eorum, propiciari omnibus iniquitatibus, & sanari omnes infirmitates credentium Hinc misit uxorem Pilati, uolens per mulierem inchoatam hominum redemptionē impedire, & in sua potestate retinere, quos in in mortem & damnationem protruderat per mulierem. Sed ne quicquam sera ducitur spœnitentia, instigando eos, quos ad crucifigendum coegerat, ut suadeant quod descendat. Suadet eos promittere se credituros, quod super omnia placere sciebat Christo. Sed nō fuit motus uana pollicitatione, qui renes scrutatur & om-

Iohan. 5
Nume. 23
Ioh. 3
Ioh. 12

Ephe. 6
Esa. 2
Psal. 146
Psal. 102

R iij nium

260 PASSIO DOMINI NOSTRI

- nium nouerat corda quæ sunt uana. Verum si uultis
 credere, quæ re magna, & inscrutabilia & mirabi-
 lia opera eius, quæ ex patre suo ostendit uobis,
 quæ & nemo alius fecit, despexistis, negastis &
 beelzebub adscripsistis? Hæc maiora sunt, quæ si
 de cruce descenderet. Sed paciendi iam hora est,
 non faciendi miracula in seipso. Si adhuc genera-
 tio praua & exasperata signum querit, non dabit ei
 in persona mea, nisi signum Ionæ prophetæ, quod uti-
 lius est, quæ descendere de cruce. Insuper si uultis
 signis credere, credite dum mox obscurauero
 solem, terram commouero, petras scindam, uelum
 templi diuido, sepulchra aperio, & mecum mor-
 tuos suscito. At ego scio, quod non est in ore ue-
 stro ueritas. Similiter & principes sacerdotum, fra-
 tres Leui, uasa iniquitatis bellatitia, & uasa in con-
 tumeliam & iram, apta ad interitum. Non sunt
 conscientie impietate compuncti, nec effectu
 sceleris mitigati, sed fixuris clauorum addebant
 tela linguarum. Acuunt linguas suas, ecce sicut
 serpentes, & uenenum aspidum est sub labijs eorum.
 illudentes cum senioribus & scribis, dicebant: Sic manus
 magistratum est prima in transgressione. Scribæ
 sapientes erant ut facerent mala. Et a
 senioribus & iudicibus heu egreditur eis iniquitas.
 Alios saluos fecit. Hoc & nos fatemur inge-
 nue. Pertransiuit namque benefaciendo, & sanando
 omnes oppressos a diabolo. Sed nunc os uestrum
 uos condemnat. Ergo falsum est, quod clama-
 stis eum malefactorem. Sic omnis iniquitas os
 pilati os suum. Et iniquitas semper metitur sibi

Hiere. 17

Psal. 7

Psal. 5

Ioh. 15

Matt. 12.

Lucæ. 11

Matt. 27

Psal. 5.

Gen. 49

Rom. 9

1. Esd. 9

Hier. 4

Dani. 13

A. Flu. 10

Iohan. 18.

bi, & in caput suum, ut Daniel dixit ad illum,
 inueteratum dierum malorum, se ipsum non potest
 rest saluum facere. Potest quidem, quia non est
 abbreviata manus Domini, ut saluare nequeat
 at, sed non uult se saluum facere per descensum
 de cruce, quia uult omnes saluos facere, mor-
 tem oppetendo & gustando & sustinendo in
 cruce. Christus pro omnibus mortuus est, ut
 qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro
 ipsis mortuus est & resurrexit. Si Rex Israel est,
 sicut dixit, descendat nuc de cruce & credimus ei.
 Mentiuntur: Nam si de cruce descendisset, ut
 que dixissent, eum in Beelzebub principe dæ-
 moniorum descendisse de cruce. Sed de quo
 erroris fonte, o impij, de quo inuidiæ lacu, de
 cuius scorpionis cauda, talium blasphemiarū
 uenena suxistis aut potastis? Quis uobis ma-
 gister tradidit? Quæ doctrina docuit uos, quod
 illum mundi saluatorem, diaboli triumphas-
 torem, mortis peremptorem, inferni de-
 structorem, captiuæ captiuitatis uindictorē,
 cœli referat orem, uerum Regē Israel, & uiuū
 dei uerū filiū illum esse credere deberetis, q̄ se
 crucifigi nō sineret, aut a cōfixione clauorū li-
 berū se excuteret? Nō hoc habet legis umbra,
 cula, nō pphetarū oracula. Legistis in lege ue-
 stra, & pphetis, oīa q̄ iā a uobis passus est, sine
 causa & absq; iniquitate manus suæ, cū mundas
 haberet ad deū pces. Sed nō legistis ibi, Dñs
 descendit de cruce, sed Dñs regnauit à ligno.

R. iij Legistis.

Psal. 106.

Danie. 13

Eesai. 59

Luce. 19.

1. Tim. 2.

2. Cor. 5

Matt. 12.

Luce. 11.

Psal. 67

Matt. 16

Job. 16

262 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Legistis ibi, thronus eius erit firmus iugiter,
& stabiliam solium eius Inæternum. Non des-
 1. Pa. 17
 Psal. 88
 1. In. 10
 1. Re. 17.
 Phil. 3
 Gen. 3
 Matt. 4.
 Luca. 4.
 Gene. 7
 Plal. 77
 Gen. 9.
 1. Tim. 2
 Sap. 18
 Eph. 5
- buit bonus pastor de cruce descendere, sed pro-
 ouibus suis animam suam ponere. Non debuit
 Rex gloriæ, & uirtutum Dominus, de bello
 deficere uel fugere descendendo de cruce, do-
 nec leonem illum infernalem & spurium illum
 superbū, agminibus Israel iugiter exprobrans.
 tem uicit, traduxit & palam triumphauit in ses-
 metipso, patri obediendo usque ad mortē cru-
 cis, & donec caput serpentis cōtriuit. Vox uest-
 stra, uox patris uestri diaboli est, cuius desides-
 ria & opera facitis, qui homicida ab initio fuit.
 Diabolus dixit, si filius Dei es, mitte te deor-
 sum. Et Iudæi dicunt: Si filius Dei es, descende
 de cruce, & credimus tibi.
- ¶ Tam uidemus iustum Noe, qui per lignum
 crucis, cum suis de huius mundi diluuiō salua-
 tus est, quomodo quasi potens crapulatus a ui-
 no amoris diuini, nudus in cruce pender, & a
 filio scelesto Cham deridetur, & ad uidendam
 ignominiam eius, alios inuitat, propter quod
 formidabili æternæ seruitutis maledictio mul-
 ctati sunt, & Cham & imitatores eius Iudæi.
- ¶ Sed ecce, non satis fuit, Dominum maiesta-
 tis & Dei & hominum mediatorem, in ipso re-
 conciliationis opere (quando stetit in crucis a-
 ra in confractiōe iræ dei, inter mortuos &
 uiuentes proferens scutum orationis, & incen-
 sum deprecationis, tradiditque semetipsum, p-
 nobis

nobis oblationem & hostiam Deo in odorē suavitatis) irrideri & blasphemari, a sedentibus, a pręreuntibus & a sacerdotibus & diaboli toto theatro, nisi etiam ad maiorē sui despectum a sceleratissimis hominibus morte damnatis, simul & in crucis pœna laborantibus, pro suis atrocinijs mox morituris etiam ei insultaretur. Nam ut ait Matthæus: *Id ipsum est latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei.* Marcus. Cōmiciabantur ei. Sicut scriptum est: Omnes male dicunt mihi. Et alibi: Omnes subsannant me. Lucas autem dicit: *Vnus ex his qui pendebat latronibus, a sinistris, blasphemabat, benedictum fructum ventris Marię, dicens ex malo thesauro cordis sui mali: Si tu es Christus, filius dei altissimi & uiui, potens in opere & sermone, tunc saluum fac te ipsum, primo iuxta illud: Medice cura te metipsum, & nos, postea.* Sed non dissonat Euāgelistę. Vnus hoc fecit ut Lucas dicit, sed ambo dicuntur hoc fecisse, eo modo quo unius facinorosi societati imputat. Et ponunt Matthæus & Marcus numerū pluralem, p̄ singulari. Vel si in principio crucifixionis, hoc ambo fecerunt, mox tamen unus in benedictionibus dulcedinis, & misericordia dei pręuentus, ad cor rediit, a diaboli laqueis respuit, totius debiti sui dimissionem accepit. Eo quod multum amauit, & relicta malitia, in Christum credidit, & alium fraterna dilectione, impietatis resprehendit, & secum saluare nitebatur, ut Lucas

R v ait:

Matth. 27

Matth. 24

Reg. 15

Hiere. 15.

Hiere. 20

Luc. 1.

Matth. 16

Lucę. 14.

Lucę. 4.

Psal. 20.

Psal. 59

Matth. 18.

Sapi. 12

ait: Respondens alter, quē Christus de potestas
 te tenebrarū eripuit, & in regnū suū trans
 stulit, & dignū fecit in partē fortis sanctorū,
 in lumine ueritatis, & fidei. Hęc mutatio fuit
 dexterę dei excelsi, q̄ de tenebris & p̄fundo las
 cu omniū malorū, eū p̄ gratiā suam uocauit in
 admirabile lumē suū, fidei uidelicet & ueritas
 euāgelicę. Et adeo prudentē eū fecit, qđ sus
 per oēs inimicos suos, & sup oēs senes intelles
 xit, quid beneplacitū esset corā deo, q̄ misertus
 eius fuit. Mox em̄ ut lux mūdi in corde illius il
 luxit, diues in Christo factus fuit in omni gra
 tia. Adeo, ut ubi prius abundauit delictum, &
 omne malum, iam abūdauit gratia, & exuberauit,
 fructificando in omni uirtute & ope bono.
 Vere ostēdit in seculis supuenientibus abūdan
 tes diuitias gratię suę in bonitate sup eū, ad ins
 formationem eorum q̄ credituri erāt illi in uis
 tā æternā. Tā cito etiā mutauit Nabuchodonos
 sor regē, & Paulum, & fecit ex uasis irę, uasa
 misericordię, ex lupis agnos, ex tenebris, lumi
 na mūdi & sal terrę, ex uasis cōtumelię, uasa in
 honorē sanctificata, utilia Dño, & ad oīa opa
 bona parata, increpabat eum, dure in omni paci
 entia & doctrina, ut eū cōuerteret ab errore
 uig suę, & saluaret animam eius a morte, dicens:
 ex uero corde: Neque tu, filius pditionis, pecca
 tor maximus, stipula & teda gehēnę ignis, times
 deū, & iustū eius iudiciū. Cū sine timore dei ne
 mo possit iustificari & saluari, qui in eadē dānatio

one mortis es. Nō quoad causam, sed quo ad s^u
 milē crucis pœnā. Et hoc quidē magna gratiā
 & dignatio eius est, q̄d innocēs ille in eadē dā^o
 natione uult esse nobiscū. Ad coruscantē igitur
 gratiā eius a pi oculos tuos. Ecce nūc, ppe est
 salus nostra. Noli eā quę offertur tibi gratiam,
 negligere, noli eam abijcere, noli obdurare cor
 tuū, nec resistere spiritui sancto, q̄a nō est in al
 lio aliq̄ salus, nisi in Christo Iesu. Et nos quidē ius
 ste, hęc patimur, q̄a peccauimus sine omni timo
 re, iniuste egimus, iniqtatē fecimus, & peccau
 imus in omnē iustitiā dei, nā digna factis recipi
 mus, secundū opa nostra & laborē nostrū. Iā res
 fert unusquisq̄ nostrū, p̄pria corporis, put gese
 sit, hic uero, q̄ est agnus sine macula, sanctus ius
 torū, cādor lucis eterne, nihil mali gessit, pecca
 tū nullū fecit. Talis enim decebat ut nobis esset
 pōtifex, sanctus, innocēs, impollutus, segregas
 tus a peccatoribus, & cœlis excelsior in suis o
 pibus, in q̄ princeps mūdi nihil haberet, & quē
 filij diaboli de nullo peccato arguere possent in
 ueritate. Ecce in tāta populi corona, amici ei
 & p̄ximi, tacēt. Tacēt oēs q̄s a uarijs sanauit lā
 guoribus, suscitauit ex mortuis, liberauit a dē
 monibus. Nemo p̄ eo uerbū loq̄tur, obliuioni
 datus est ipse, tāq̄ mortuus a corde, & oia opa
 eius bona quę ex patre suo deo multa ostendit
 eis. Et quāuis cōtumelia regis & principis sit, si
 pro eo uilis persona respondeat & loq̄tur, ni
 hilominus Dñs dominantium, Rex regum &
 princeps Regū terrę, latronis publici & dānati,

Roma. 13

1. Pe. 1

Gallat. 2.

Actu. 7.

Actu. 4

Psal. 105.

2. Cor. 5

Ioh. 1

Esaiā. 53

Heb. 7

Ioh. 14

Ioh. 8

Psal. 30

Ioh. 10

Apoca. 2

ritatem de omnibus, & ea qua sapientibus & prudentibus, scribis & pharisæis abscondit. *Heb. 9*

¶ *Estimo certe, quia latro iste orationem quam Dominus pro crucifixoribus fudit cum clamore ualido & lachrymis, alta mente respexit cogitauit. Et reputans quod sic benigne orauit pro eis, qui omnibus bestiis crudelius in eum sequebantur & persequebantur iniuste, in qua omnium inimicorum suorum sequitiam uicit & bonum pro malo reddidit. Imo malum in bono uicit. Ex hoc plus aliquid eum quam hominem esse cognouit. Et tunc etiam se ueniam impetrare posse confidit apud eum, dum humiliter eum peteret, quem tam misericordem, non petentibus, imo iam iamque in eum sequentibus, comprobauit. Nec fraudatus fuit uoluntate labiorum suorum, sed plus quam petiit accepit, & miserator & misericors Dominus omne desiderium cordis eius ei tribuit, dicens: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. Paradisus, aliquando accipitur pro ede & horro uoluptatis, in quo Deus posuit Adam. Aliquando accipitur pro celo celorum, quod celum empyreum dicimus, quo nemo hominum ante ascensionem Christi uenit. De primo eiectus est Adam cum Eua, de secundo instar fulguris Satan cecidit, quando frustra inflatus, altissimo similis esse uoluit. Tertio Paradisus accipitur pro clara Dei uisione facie ad faciem, & fruitione. Et sic hic accipitur. Sic & Paulus in Paradisum raptus fuit, quia*

*Rom. 12.**Psal. 20**Secundum uerbum.**Gene. 2**Cene. 3**Luce. 10.**Esa. 24.**Apoc. 12**2. Cor. 9*

168. PASSIO DOMINI NOSTRI

Lu. 16. quia deum sicuti est, uidit. Hanc beatā fruitionem, patres in sinu Abrahæ, saluatoris nostri aduentū expectantes, statim post Christi mortem acceperunt: Quia mox anima eius beatissima, uerbo unita, ad inferiores partes terræ descendit, & eos in gaudio cum uultu suo lætificauit & beatas fecit.

Eph. 4.
Psal. 120. Omne item desiderium cordis eorum eis tribuit:

Pro. 10. Et huius latronis animam, postquam carne soluta est, mox per sanctos angelos ubi Christus erat, perducta est, & eiusdem gloriæ particeps facta.

¶ Circa hunc latronem tria consideremus: Nempe: Præmium, meritum & priuilegium Præmium, quod ex abundantia pietatis Christi ei promissum est in uerbo Euāgēlico septuplex est, omni dulcedine suauius, cui etiā oīa quæ desiderantur, nō ualent cōparari. Et sunt, iuramēti ueritas, annunciata pietas, electiua charitas, tēporis breuitas, diuina societas, æterna stabilitas, gloriosa iocūditas. Iuramenti ueritas expressa est in dictione **Asmē.** Hoc est uere. Sed deus est ueritas & ipse Christus. Et cum neminem habeat se maiorem, iurauit per semetipsum. Annunciata pietas ex hoc elucescit, quod ipsemet Deus & homo hoc dixit. Os domini locutum est, cuius uerbum manet in æternum. Electiua & gratuita charitas, in hoc adparet, quod sine ullis bonis operibus eum elegit, & multis adhuc peccatis obnoxium, Dei donum fuit, non ex operibus iustitiæ quæ fecisset ipse, sed ex sola misericordia. Ideo dicit tibi. Temporis breuitas innuitur, cum dicit, **Hodie,**

Sap. 7.

Rom. 3.

Ioan. 14.

Hebr. 6.

Isa. 25.

Pet. 1.

Eph. 2.
Ti. 3.

die, Quia spes quæ differtur & retributio, affligit animam. Additur diuina societas, quia mecum in cubili meo. Aeterna stabilitas adiungitur: quia eris stabiliter, & gaudium tuum nemo tollet a te. Consummata iocunditas erit in paradiso cælesti. Nam ibi est gaudium & lætitia gratiarum æctio & iugis uox laudis in secula seculorum.

Pro. 13.

Lucæ. 11

Iohan. 16.

Esaia. 51

¶ Deinde consideremus huius latronis meritum, pro quo tantum ei promissum est præmi-
um. Nam Deus, diues in omnes qui inuocant eum, omnes uirtutes Theologicas & morales menti illius mox infudit. Subito enim ut ad dñm clamauit, exaudiuit eum, & adhuc illo loquente, audiuit. Vide eius fidem admirabilem. Cum Christo nunquam in terra conuersatus fuerat, cum nunquam uiderat, neque stupenda eius miracula, doctrinam eius salutarem: id audierat, sed deo & hominibus odibilibus operibus assidue intentus fuerat. Et huius miram fidem, quis uere is potest equare loquendo? Ecce, Christum ab omnibus derelictum amicis & proximis, ab omnibus publice condemnatum, afflictum & humiliatum nimis, infirmum, opprobrium hominum & contemptum, contumelijs & opprobrijs saturatum, peccatū & maledictū factū, morti proximū, & ipse uicinus morti. A nemine edocius, a nullo præmonitus, Dei uiui filiū & hominē uerū credit corde ad iustitiam, & ore cōfitetur ad salutem. Et ubi Apostoli qui ab initio secum erant, audierant eius

Rom. 10.

Psal. 4

Esaia. 65

Psal. 37

1 Cor. 5

Gall. 3

Rom. 10

eius

& eructabat. Nempe amorem confessionis, cōf
 passionis, correctionis, perfectionis, Confiteba *Luce. 22.*
 rur & sua & totius mundi peccata, pro quibus
 nos iuste pati asseruit, quicquid mali sustinemus. *Daniel. 9.*
 Nam nos Dei irritatores & prouocatores, ius
 te patimur, quia digna factis recipimus. Sic & *Iob. 30.*
 Daniel peccata & sua & populi cōfitebatur Do
 mino, & dei iustitiam extulit, & misericordiæ
 locum inuenit. Hæc est crucis profundum. Ali
 us amor eius compassionis fuit, quo pauperi *Ephē. 5.*
 Christo compatiebatur. Et hic est crucis lati *Psal. 23.*
 tudo. Intellexit namque quod ex charitate sola, se *Esa. 53.*
 ipsum pro nobis tradidit oblationem & hosti
 am deo obtulit in odorem suauitatis. Vnde ait: *Matt. 18:*
 Hic uero, quid mali egit? Innocens manibus &
 mūdo corde est, peccatū non fecit, nec minimū.
 ¶ Tertius fuit amor correctionis fraternæ, qui
 extitit longitudo crucis suæ, dum blasphemā
 rem latronem impietatis arguit, dicēs. Neque
 tu miser, times deum, qui in eadem damnatis
 one es. Non times deum quem uerbis lacestis,
 & ad iracundiam prouocas: Non times deum,
 morti uicinus, cui oīs spes est uinēdi adēpta
 qui uerbis malis, mala perficis, iram dei & dam
 nationem tibi cumulas, cum ligno affixus, os
 pere iam complere ea nō possis. Et licet abhor
 reret sensus exterior, duos corporis dolores
 quos sustinuit, interior tamen & anima, iustiti
 am quā amabat, extulit, & quasi trucidatus nō
 sentiret, puniētem dei iustitiam magnificauit.

S Quartus

- Matt. 10.** ¶ Quartus eius amor, fuit perfectionis, qui extitit altitudo suæ crucis, quam post Christum portauit. Nam tota mente & toto spiritu humiliato, perfectam omnibus numeris orationem ad deum fudit, dicens: Memento mei Domine, dum ueneris in regnum tuum. In hac oratione omnis consummata perfectio mirabiliter continetur, si pia meris eam uerbis posset efferre? Et quis huius latronis animum non miretur? Imo illuminatis eum, & adiuuantis Domini gratiam multiplicem, quis digne laudet? Quantam fidem habuit, qui regnaturum Dominum credidit, quem secum pariter morientem uidit? Et dare posse uitam ex uirtute, qui secum moriebatur ex infirmitate? Spe quanta ad æterna erigebatur, qui ab illo qui ab uniuerso mundo damnabatur & relinquebatur, sperabat regnum cæleste, & super omnia bona illius constitui?
- Matt. 25.** Charitas quanta in corde eius fuit, qui sola dilecti Iesu memoria contentus fuit? Si uirtutes
- Sap. 18** cardinales, quibus nihil est in uita hominibus utilius in eo requiris, uide quali ornatur prudentia, quæ nulla postulat caduca, sed hæc spernit ut stercora & detrimenta. Fortitudine plenus est & gratia, qui quasi dolores corporis nullos sentiret, in sola cruce gloriatur, & sibi complacet cruciatibus. Temperantia quanta moderabatur, quæ uoluntati Christi, mensuram sui premiti reliquit.
- 2. Cor. 12** Iustitia indutus fuit, qui omnibus debita dedit,
sibi

sibi propria contumeliæ confusionem, peccata confitendo, socio fraternam correctionem, CHRISTO innocentiam, laudem & honorem. Ecce, qui talis ad crucem uenit ex culpa, qualis à cruce recedit ex gratia.

¶ Tertio consideremus huius latronis¹ priuilegia. At hæc summis tantummodo labijs tangam. Horum illud est primum, quod iu crucis perpeffione, assimilatus est filio Dei, & crucis fixus crucifixo socius fuit. Aliud est, quod ipse solus Mariæ socius fuit in compassione dolorosa, & in uera fide. Tertium fuit defensio² onis. Solus enim latro innocentiam CHRISTI tunc publice prædicauit, & Iudæos impietatis arguebat. Hebr. 7.

¶ Quartum est, quod ipse solus salutem petiuit à saluatore, quando ipse salutem omnium operabatur in medio terræ. ¶ Quintum fuit, quod ipse solus tunc figuram omnium saluandorum & electorum tenuit. Psal. 73

¶ Vide in latronibus istis, bonitatem & seueritatem Dei. Diuinitas bonitatis in cõuerso, cuius fuit misertus. Iustitiæ rigorem & damnationem in obstinato & indurato super lapidem & adamantem. Et tunc misericordiam & iudicium canta Domino. Nullus ecce nisi ex gratia conuertitur, & nisi per misericordiam præueniatur. Nullus damnatur, nisi ex demeritis suis. Nempe, illi omnes, qui relictæ malitiæ, Rom. 11.
Psal. 100
Psal. 5

S ij nolunt.

274 PASSIO DOMINI NOSTRI

Luce. 14
Mat. 22
1 Petri. 1
Matt. 3
Iohan. 8
Phil 2

Luce. 4

Ro. 4. 15
1 Cor. 10

Matt. 25.

nolunt reuerti & credere in Christum. Qui in-
 uitati ad nuptias nolunt uenire, se excusant, uel
 contemnūt dei benignitatem. Qui oblatā gra-
 tiam auersantur, & despiciunt quasi lutum, uel
 abijciunt, uel negligunt. Qui nolunt in lege dei
 ambulare, in uinea laborare, dignos pœnitens-
 tiæ fructus facere. Qui nolunt trahentem pa-
 trem sequi, filio cordis ianuā aperire, cū gratia
 spiritus sancti salutē, p̄priā operari. Sic ex mise-
 ricordia, deus donat peccata cōuersis, & ex ius-
 titia, æterna supplicia retribuit p̄uersis, indu-
 ratis & obstinatis. Nam p̄sentiam Christi corpo-
 ralem uterq; habuit, uerba gratiæ quæ ex ore il-
 lius p̄cedebant, uterq; audiuit, signa quæ fiebāt
 in eius morte, uterq; uidit. At ille ex libera uo-
 luntate credendo salutem est consecutus, iste
 ex libera uolūtate in incredulitate & malitia p̄-
 mansit & reprobatus fuit atque damnatus. Hęc
 utiq; ad nostram instructionem & facta sunt &
 scripta. Ut cū illo resipiscamus à diaboli laque-
 is, alioqui cum isto damnabimur, & cū diabolo
 insignem æternum eijciemur & angelis eius.

¶ Doluit Dñs, quia fructus passionis suæ ama-
 rissimæ, quo totum muudum redemit, in uno so-
 lo fructificauit. Quem licet acquisiuit, tamē a-
 lium amisit. Siquidem lucratus est Dñs latro-
 nem, & perdidit discipulum, p̄ditorem. Sed &
 inde amplius doluit & mœstus erat in corde,
 qđ uenia huic latroni benigne cōcessa & facilia-
 ter, quæ cūctos in amore dei accendere, cōsolari &

ri & accedendi cito ad eum in uero corde & in plenitudine fidei fiduciam dare debuit, & p^o uocare ad gratiarum actionem, pro inenarrabili dono isto miserationis tantæ plurimis in gratis (malitiam magis quam benignitatē diligenti- bus) excusationes in peccatis suis requirentibus) erat futura occasio tardādi cōuersationē ad dñm, & differendi pœnitentiam de die in diem, & damnabilis præsumptionis uelamē, qua dice- rent, Misericordia dñi magna est, miserebitur multitudinis peccatorum meorum. Post concupiscentias meas ibo, fruor bonis quæ sunt. Nō prohibebo cor meum quin omni uoluptate fruatur. In fine uitæ meæ dicam, Deus propicius esto mihi peccatori. Memēto mei in bonū & miserere mei, sicut misertus es latronis dextri. Et sic huius uitæ gaudijs & futuræ fruor ad uotum. Quid prodest deo meum ieiunium, quid rigor uitæ, quid orationum instantia die ac nocte? Quid bona opera, quid emolumentum custodientibus sua præcepta & uias duras, aut ambulanti- bus coram eo in tristitia? Vanus est qui seruit Deo, qui non conformat se huic seculo, qui mortificat sua membra, qui crucem portat & luget sua peccata. Christus nos redemit, omnia fecit, sola fide sufficit, &c. Sic facilitas uenitæ latroni in extremis concessa, his qui pereunt, in laqueum perditionis facta est. Et quod sua natura bonum est, malis ex eorum malitia fit malū & mors. Et unde erigi debuerunt ad spē uenitæ,

S iij inde

Psalm. 51.

Hebr. 10.

Psalm. 140

Eccle. 5.

differēdi.

Eccle. 2.

Lucæ, 18.

Nec. 5.

Mala. 3

Rom. 13

Call. 3.

Rom. 7.

276 PASSIO DOMINI NOSTRI

inde se mergunt in profundum culpæ & damnationis æternæ. Tandem iusto dei iudicio, hac animaduersione morientes percutiuntur, quod tunc obliuiscuntur sui, qui incolumes & uegeti obliuiscuntur dei. Nec in extremis de pœnitentiâ cogitant, nec curant, nec faciunt, quam in sanitate despexerunt, & in derisum habuerunt, & malitiose in finem usque distulerunt, ut eo licentius inique agerent usquequaque. Sic ergo salus unius, per occasionem damnatio facta est plurimorum. Per occasionem quidem, nostra malitia acceptam, non illius benignitate & misericordia datam. Sic ergo quæ uidebantur Domino consolationis aliquid adferre, tristitiâ ei augebant. Sicut & dilectissimæ matris suæ præsentia, aliorumque amicorum & piorum mortem eius dolentium, de quibus Iohannes ait: ¶ Stabant iuxta crucem Iesu, mater eius. Cû crucis uexillum erectû fuit in altum, ut sub eo congregarentur oës gentes, tunc omnes noti Iesu, à longe steterunt, ut Lucas ait, sed postea propius ad thronum gratiæ & misericordiæ accesserunt, & stabant iuxta crucem Iesu, Mater eius. Parum dixisti, imo minus quam ueritas fuit. Stabat, inquires, iuxta crucem Iesu, mater eius, imo Christo confixa cruci erat, uis uebat tunc non illa, sed uiuebat in ea Christus, cui adhæsit & unus cum eo spiritus fuit. Cui perfectionis charitatis uinculum colligata, inseparabiliter & indissolubiliter fuit. Eum tenuit

Psal. 118.

Esai. 11.

Heb. 4.

Gallat. 2.

1. Cor. 6.

Collo. 3.

nuit nec dimisit, & cum dilecto filio uteri sui in cruce pependit. Vnde plus ei debebas quam res
 liquis, de quibus dicitis, & soror matris eius *Maria Cleophae & Maria Magdalena*. Omnino illa
 plus ad crucem appropinquabat, quam quicumque alij, qui ipsius genus sunt, & in ipso uiuunt,
 mouentur & sunt, per inhabitantem in eis gratiam Dei. Nam ipse, ipsius filius est per natu-
 ram, caro de carne eius, & os de ossibus eius. Et erant duo in carne una. Imo, non duo, sed
 una caro. Et ipsa de se ipsa, in ipsum salutare suum, defecerat & transferat. Tota in dilectum
 commigrauerat, & dum ille corpus, ista spiritum immolabat.

Cantic. 3

Actu. 17.

Eph. 5.
Gen. 2

Psal. 118

Triplex namque confederatio amorosa tunc extitit mystice & realiter demonstrata. Videlicet, compassio maternalis, filiatio spiritalis, admiratio generalis. De compassione maternalis, ex parte dictum est breue quid, & dici satis nequid, etiam si quis linguis loqui posset hominum & Angelorum. Quia abyssus multa est, mirabilis adeo, quod nemo potest ad eam nudum uerbis explicandam, sed nec corde ad apprehendendam. Stabat iuxta crucem Iesu, mater eius. Et quis talia fando, temperet à lacrymis? Vere, hæc mater semper stetit mente & corpore & morum, siue gestium honestate. Siquidem mente stetit in fide immobilis, in iustitia & charitate, & in omnium uirtutum culmine, supra firmam petram fundata, nec aliquando

1. Cor. 13

278 PASSIO DOMINI NOSTRI

Canti. 8.

Psal. 87

cecidit cum operantibus iniquitatem. Stabilis adeo erat & immobilis mater agni, quod fidem eius ueram & charitatem eius syncerā, in hora rēda mortis filij sui hora, neq; aquæ multæ tribulationis extinguere, nec compassionis flumina obruere potuerunt in eius mente. Stetit & corpore, quæ sola amicis cunctis diffidentibus, & discipulis cunctis fugientibus, & quos sanauerat a languoribus, excitauerat a mortuis, paauerat in desertis, liberauerat a spiritibus immundis non comparentibus, ceteris uero insultantibus & blasphemantibus, non fugit, non deseruit, sed stetit affectu constantissimo, mori desiderans cum filio, & multo magis pro filio. Sed Iesus non egebat adiutore in redemptionis magnæq; pietatis sacramento, quia ipse erat homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Suscepit nihilominus matris affectum, sed non quæsiuit hominis auxilium.

¶ Stetit & uirgo pudicissima, cum gestuum & membrorum suorum omnium decentissima honestate & grauitate, nihil indecens in uerbis, nihil prorsus turpe in ullo signo ostendēs: In tantis angustijs nequaquam obliuiscens fidei catholicæ, nec uirginalis pudicitix. Dolor uero mutuos nati & matris, quæ uox, quæ poterit lingua retexere. Nam inexplicabiles sunt. Erat reuera ineffabilis, reciprocatio sancti amoris. Filius patiebatur & ualde ac nimis patiebatur. Mater compassa est unigenito patienti,

eienti, filius recompassus est matri compaciens
 ei. Tantus enim fuit impetus passionis domi-
 ni Iesu, ut quasi torrens ipsum patientem dos-
 lor impleuit, eo impleto, in matrem efflueret.
 Qua similiter impleta, in ipsum filium patien-
 tem, passio quodammodo redundaret, ut im-
 pleretur quod dictum est, Ad locum unde exe-
 unt flumina, reuertuntur. Credendum est, dos-
 lorem filij ex assistentis matris compassione,
 sensum excessisse suæ corporeæ passionis. In cu-
 ius argumentum, tantis pœnis expositus & ma-
 lis repletus, iam iamq; moriturus, quasi oblitus
 utriusq; pœnæ scilicet & crucis & mortis, ad
 matrē deflexit intuitum, quasi se neglecto ma-
 tri succurrebat, ac de fideli ministro, qui post
 suum recessum ei seruiret, eam consolaretur ac
 seruaret, paterna sollicitudine providebat, ut
 Iohannes scribit. ¶ Cum uidisset ergo Iesus ma-
 trem & discipulum stantem quem diligebat, quia res-
 spectus eius in electos eius, dicit matri suæ ocu-
 lis & facie indicans Iohannem. Prius recom-
 mendans discipulum quam matrē. Vt ostende-
 ret arctius esse astrictos eos qui coniuncti sunt
 ex gratia, quod Iohannes interpretatur, quam
 omnes qui cōiuncti sunt in natura. Hæc Albers-
 tus magnus. Mulier ratiōe sexu, secce filius tuus,
 hoc est, qui loco filij tui, tibi debet obsequi &
 affectione coniungi. Quem & tu, sicut unicum
 filiū fouere debes & amare. Deinde dicit discipulo
 ipsum cōmendās matri: Ecce mater tua, hoc est,

Eccle. 2

Sapient. 4

Tertium
uerbum.

S V cui

- cui honorem debes ut matri, & maiorem quam ei quæ te genuit ex utero suo in hunc mūdum.
- Ioan. 4.* Ergo honorem habe huic matri tuæ, cunctis diebus uitæ tuæ, quia maledictus est a deo, qui hanc matrem exasperat. Et ex illa hora accepit eam discipulis ille quem diligebat Iesus, in suam.
- Eccle. 3.* Ecce in auditu auris obediuit, mox eam recepit, & in finem usque fideliter custodiuit. Nam ex illa hora, accepit eam in suam curam & sollicitudinem. Vel suam dominam & matrem dulcissimam. At quid hæc audiens, dixisti mater mæstissima? Heu, nescio qd dixeris, sed scio qd dicere potueris. Potuisti enim quægulosa uoce non immerito dicere: O flebile concambium. O uos omnes qui pia gestatis uiscera attendite,
- 3. Re. 3.* te, Iohannes mihi pro Iesu traditur, seruus pro domino, discipulus pro magistro, filius zebedei
- Trene. 1.* pro filio dei, purus homo, pro deo uero, quem
- Luca. 2.* cum clara luce inspicerem, depræhendi non esse
- Hebr. 4.* filium meum quem genueram. Ideo multi gemitus mei & cor meum mærens: Nunc fateor gladius doloris animam meam pertransit, ad diuisionem animæ & spiritus pertingens.
- Filiatio Spirituales.* ¶ Si quæris quo iure est discipulus quem diligebat Iesus, uel matris domini filius, uel ipsa mater eius? Vtique, quia in passione unigeniti, ubi uere dolores ut parturientis, omnium nostrum salutem, beata uirgo pertulit, plane omnium nostrum mater est facta. Igitur quod de hoc ipso discipulo dictum est ab eo qui iustissimam
- Psal. 47.* curam

curam matris suæ habebat : Mulier, ecce filius tuus, itemque ad eundem discipulum, Ecce mater tua: recte & de alio quolibet discipulorum si præsens adesset, dici potuisset. Nisi quia pulchrius huic, quippe, uirgini, uirgo debuit commendari. Audi ergo unde gaudeas, quisquis es credens in Christum. Etiam si sis peccator. Dicit & tibi, pro te moriens saluator omnium. Ecce mater tua, Expende exuberantem hanc bonitatem Christi, & diuitias gratiæ & misericordiæ huius, si uales expende. Ergo & ipse Iesus, frater tuus est, & pater eius cœlestis, tuus pater est. Et regnum eius æternum, Hæreditas tua est, Et gratia Mariæ, thesaurus tuus est. Sic es diues in Deo, & nihil tibi in ulla gratia deest, sed in omnibus locupletatus abundas. (Nisi desis gratiæ Dei, & eam negligas, aut in uacuum recipias (in omnem simplicitatem Dei. Ergo cole Mariam, matrem gratiæ & misericordiæ, & eam uenerare, & ex hac hora accipe eam in tuam matrem. Vita, moribus & honoratione ostende te filiū eius, & tunc illa uiceuersa, monstrabit se esse matrē tuam. Occurret & subueniet tibi in omni necessitate, sicut mater honorificata. Et si mater tua, quæ te in peccatis cōcepit, & in dolore filiū iræ peperit in hūc mundū damnabilē, tui oblita fuerit, aut p̄ mortē te deseruerit, & tibi miserta nō fuerit, tñ hæc mater pulchrę dilectiōis, & agnitionis & timoris & sanctę spei, tui nō obliuiscit, te nō deserit.

Nisi

Matt. 6

Rom. 8.

1. Cor. 1.

2. Cor. 9

Hebr. 12

Eccle. 25.

Psal. 50

Ephc. 2.

Eccle. 24

Esa. 49

282 PASSIO DOMINI NOSTRI

Nisi tu prior deserueris eam. Si ei obsecutus fue-
 ris, si eam diligis & honoras, tunc ipsa te glorifi-
 cat, diligit: & omne desiderium cordis tui tibi tri-
 buit, & uoluntate labiorum tuorum te nõ defrau-
 det, & accipit te in suã protectionẽ, nec relinquit
 hominem nocere tibi, nec malignum inimicũ ge-
 neris humani. Ei namq; mandauit filius suus redẽs
 propter tuus e cruce, dicens: Ecce filius tuus: curã illi-
 us habe, custodi eum ut pupillam oculi tui, ne pe-
 reat, quem ego precio magno sanguinis mei pre-
 cioso redemi ex omnibus iniquitatibus suis & de
 tenebrarum potestate D. Ne hunc superne iustis-
 ciæ destructio fereat & pro peccatis suis perdat,
 tu memor eorum quę nunc pro peccatoribus sal-
 uandis patior, intercessionis tuę defensione, ne pe-
 reat, seruare memento, & sub umbra alarum tuarũ
 protege eũ. Transeo multa, breuitatis gratia.
 Sequitur admiratio generalis. Vnde ait Matthæus
 & Marcus: *A sexta autem hora, tenebrę factę
 sunt super uniuersam terram usq; ad horam nonam.*
 Tunc occidit sol in meridie & terra fuit obtene-
 brata. Iustum pfecto fuit, ut cum sol iustitię, &
 lumẽ uerũ quod illuminat oẽm hoĩem uenientẽ in
 hunc mundum, patiebatur Eclipsim, etiam exter-
 num lumen radios sua splendoris retraheret, ne
 ueri & æterni luminis iniurias & pœnas aspiceret.
 Vnde pendente in cruce ignominiosa creatore,
 pugnavit pro eo totus orbis terrarum contra
 insensatos, & factori suo congemuit. Hactenus
 quanta passus sit Christus ex infirmitate, Euangeli-
 z

Psal. 20.

Psal. 104

Psal. 16.

2. Cor. 6

1. Pet. 1.

Psal. 139.

mos. 8.

Isa. 4.

Ioan. 1.

Sapient. 5.

geliste perstrinxerunt, nunc exordiuntur diuinæ uirtutis magnalia retexere, eo quod in cruce abscondita fuit eius fortitudo, sed modo caput incipit erigere & se manifestare. Argumenta autem uirtutis eius a sex differentijs accipit, sicut principium mūdi in senario est perfectum. Sumit argumentum a destitutione ornatus cælestis. A calamitate assumpti hominis, qui clamauit se derelictum propter protoplasti peccatum. A mysticis argumentis aperte reuelatis. A mūdi elementis. A mortuis sanctis. A cōfessione ueritatis facta est uuis. Primum ostendit patiētis autoritatem. Alterū, passibilis naturæ ueritatem. Tertium, figurarum impletionem. Quartum passionis uirtutē. Quintum factam ex passione redemptionem. Sextum, futuram ex passione fidei dilationem.

¶ Vide nunc, quō aer obscuritate tegebatur, quando malitia homines excēcauit, qui tenebras dilexerunt & opera tenebrurum fecerunt. Et diuine lumine externo priuati sunt, qui lumen mundi extinxerunt, per quē incorruptum Euāgelij lumen est seculo datum, & bonis & rectis corde est lux sempiterna promissa. Sic in aprico est, quod acerrimas pœnas quas agrus Dei sine murmuris uoce sustinuit, uidere sol nō potuit, ac tacēte dño, pro eo muta elemēta insolita sua mutatione, quasi quibusdā uocibus lamētando clamabāt & ei cōspatiēbātur, ac perfidorū crudelitātē arguebant & damnabant, prout ipsis possibile fuit.

¶ De tenebris id extremis digitis tetigisse satis

fit

Ahacūc. 3

Gene. 2.

Sapico. 2

Ioan. 3.

Sapic. 18.

Ejaic. 60

184 PASSIO DOMINI NOSTRI

fit quod erant per totum mūdum, quod est cōtra naturā cursum. Oīa etiā miraculosa sunt q̄ circa hāc Eclipsationem solis cōrigerunt. Nā luna tunc inter solem & terrā se interposuit in tēpore oppositionis grandi miraculo & p̄digio a seculis inaudito. Et hoc patet ex multis.

¶ Tum ex parte temporis, luna quintadecima, quando luna maxime distabat a sole. Et sol erat in meridie & luna sub terra.

¶ Deinde, luna primum obscurauit partem solis orientalem contra naturā, & ab eadem solis parte, ultima recessit. In Eclipsi uero naturali, contrario modo fit. Tertio, luna immobilis stetit subtus solē, paulominus tres horas. In naturali autē Eclipsi solis, cōtinne luna mouetur sub sole. Quarto, q̄a luna Eclipsi peracta, miraculose rediit ad orientem. Quinto ex parte loci, quia Eclipsis hęc fuit uniuersalis, fuit in Aegypto, teste Dionysio, fuit in Græcia, teste altari quod edificatum tunc fuit ignoto deo, ut in actis legimus apostolorum, fuit Romæ teste Orofio. li. 7. capite. 4. fuit Bithiniæ teste Eusebio. Hęc autem loca Africæ, Europæ & Asię, partes esse, nemo ignorat. Et tantæ fuerunt tenebræ istæ, ut quomodo in nocte, ita & tunc stellæ liquido cernerentur in die.

¶ Causas tenebrarū istarū ex parte iam tetigimus. Iuste clarissimū mundi lumē tunc retraxit suos radios, ne aut pendentē uideret mūdi dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur.

rentur. Et hoc fecit. Primo, qđ tunc indigna patiebatur dñs cœlorū, & indignis ab indignis, cuius iniuriā sol quasi rationis capax, & ipse indignans, uidere nō potuit. Deinde ut ipsa insensibilis creatura, quę nihil cōmodi ex passioe eius habuit, & tñ ei suo modo cōpassa est, ingratos hoīes q per eā redempti sunt, argueret & ad compassionem inuitaret. At sustinuit q simul contristaret, & non fuit. Tertio ut per sui luminis negationē creatoris sui iniuriā uindicaret (quantū potuit) nec hoc mirū esse uideatur, si ppter mala illata filio dei, tenebrę triū horarū factę sunt ī uniuersa terra, cū ppter afflictiones factas filijs Israel, fuerint tenebrę palpabiles tribus diebus in uniuersa terra Aegypti. Postremo moriente uniuersorū dño, sol ipse qđ ad potuit luētū faciens, totum mundū tenebrarum caligine, quasi pulla tunica obuoluebat.

Psal. 68

Exodi. 10

Psal. 104

Sapi. 17

C. 18.

HORA NONA.

ET circa horā nonā qñ sol declinauerat, clamauit Iesus uoce magna, quasi tuba exaltans uocē suā, dicēs: Eli, eli lama zabathani. In q uerbo astruit ueritas assumptę infirmitas, qđ blasphemus & mēdax negauit Manicheus. Cū igit̃ Iudęi cęcitate dānabili & tenebris horrēdis atq; palpabilibus (eo qđ tenebras magis dilexerūt q̃ lucē) essent inclusi & colligati tūc lux uera mūdi Christus Iesus quartū uerbū cruce patrē affundo dixit, & de bono cordis sui thesauro eructauit, dicēs: Deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti?

Esa. 58

Quartum uerbum

Ioan. 3.

Ioan. 1. 9.

Psal. 4.

Vt

286 PASSIO DOMINI NOSTRI

Efai. 53
Ioh. 8.
 ¶ Vt quid sic omnes fluctus iræ & iustitiæ tuæ induxisti super me, & peccata omnium ferre me uoluisti, qui peccatum nullum feci, & quæ tibi neplacita sunt propensissima uoluntate semper sum operatus? Vt quid sine omni tuæ dulcedinis consolatione, me in tantis cruciatibus derelinquis? Et tria in uerbo isto complexus est. Vnum est clamor pro magnitudine causæ passionis, quæ est peccatum protoplasti. Aliud est pertinax malicia turbæ circumstantis. Tertium est iteratus clamor, pro magnitudine passionis. Ergo circa horam nonam inceptam, nondum tamen finitam, exclamauit Iesus uoce magna ad patrem. Vt homo in doloribus constitutus, mortis propinquus uoce magna clamauit, ut eum audirent in cruce pendentem & de proximo morientem, quem suauiter uerba gratiæ super mel & fauum dulciora, eructantem, & in omni sapientia docentem, deriserunt & contempserunt, cum tamen sermones eius fuissent super aurum & omnes lapides præciosos desiderabiliore. Deus meus creatione, deus meus unione, ut quid dereliquisti me? Tripliciter uero fuit unigenitus charissimus in quo pater sibi bene complacuit, propter nos inimicos, filios sceleratos, maledictos & perditos, ex amore derelictus & percussus à patre, nimirum, per condemnationem, priuationem, operationem.

1. Ioh. 5
Iohan. 1
 ¶ Per condemnationem. Quia sic Deus mundum dilexit (in maligno positum, qui cum non

cogno

cognouit) quod filium suum unigenitum daret
 per condemnationem ad mortem. Et Aposto- 1. Ioan. 5.
 lus: Pater misericordiarum, tam benigne in bo- Ioan. 1.
 na uoluntate sua Sion, siue Ecclesie sue sponsae
 fecit, quod filio suo proprio non pepercit, sed p- Ioan. 3.
 nobis omnibus tradidit illum in mortem turpiss- Psal. 50.
 simam, & omne pondus peccatorum nostrorum
 induxit super eum. Acei quem super omnia di- Rom. 8.
 lexit, mutatus est in crudelē, dereliquit in pae-
 nis, adeo quod oīs consolationis pater, q̄ ele- Iob. 30.
 ctos in omnibus tribulationibus corū cōsolat̄,
 q̄d possunt sustinere, adeo in duritia manus suae 2. Cor. 1.
 ei aduersabatur, quod illius unionis qua pater Iob. 30.
 & filius unum sunt, & pater in filio est, & filius
 in patre, & qua uerbum caro factū & habitauit Ioan. 14.
 in nobis, id quod fuit manens, & quod non erat
 assumens, zelo iustitiae, uideretur oblitus. De 1. Cor. 13.
 reliquit certe filium pater gloriae, per defensio-
 nis subtractionem, quasi alienum, & quasi mor-
 tuum a corde. Et furori persecutorum eū ex- Psal. 30.
 posuit, subtrahendo protectionem & consolati-
 onem, non soluendo unionem. Secundo derelictus
 est Christus a patre p̄ priuationem oīm spūa- 2. Tim. 4.
 lium & corporalium consolationū. Nam in alijs
 dei electis & dilectis, p̄ gloria sui noīs desudat̄
 tibus, & bonū certamē certantibus, & duros cor- Psal. 35.
 poris cruciatus sustinentibus, influxus dulcedi-
 nis diuinæ, quasi torrens uoluptatis & mel de pe- 1. Cor. 13.
 tra, totā amaritudinē doloris uel tēperauit uel
 fastulit. Adeo, q̄d dū corpora sua tradiderūt ut

T ardes

288 PASSIO DOMINI NOSTRI

- ardent, uel distēderent, uel excoriarent, uel ad
Hebr. 12 his horrendis afficerentur cruciatibus cōsolati
 onis diuinę adeo lætificauerūt aīas eorū, qđ
Psal. 93. gloriabātur in tribulationibus, cōplacebāt sibi
 in carnis tentationibus, uisionibus, laniationibus
 & quibusuis doloribus, magnum ducētes &
Rom. 5. gloriosum pro nomine Iesu contumelias pati
 & carceres & mortem oppetere. At, Iesus tam
2. Cor. 12. amara patiebatur, sine ulla consolatione, quan-
 tum illa natura pati potuit. Vnde supra modū
Ast. 5 grauatus fuit agnus dei & supra uirtutē, ut rē-
 deret eum etiam uiuere. Vnde dicit: Repleuit
 me amaritudinibus, inebriauit me absynthio.
2. Cor. 1 Veni in altitudinem maris, totus immerſus in
Tren. 3 undis amaritudinum, ut non possum immergi
 profundius, & tribulationum impetus ac dolo-
Psal. 68. rum tempestas dimerſit me, & prorsus absor-
 buit me. Ideo magna est uelut mare contritio
Tren. 2 mea, & non est dolor sicut dolor meus. Subuers-
 sum est cor meū in memetipſo, qm̄ amaritudi-
Tren. 1. ne plenus sum. Idcirco ego plorans, & oculus
 meus deducēs lachrymas, quia longe factus est
 a me consolator. Ergo dolor meus, super oēm
Hiere. dolorē, & cor meū mœrēs. ¶ Tertio derelictus
 est filius ab æterno patre p̄ onerationē, qđ ipse
 solus onus suę passiōis portauit, eo qđ ipse solus
Matt. 22. pugnauit cōtra fortē armatū, draconē antiquū,
 leonē fortissimū, & regē supbię filiorū, propria
 uirtute & gratia, cunctorū auxilio destitutus.
Isaic. 62 Torcular calcauit solus. Tota nāq; dolorū su-
 ram

rū supportatio fiebat in seipſo, q̄a nulla creatura potuit ei plene cōpati, sed ipſe patiētis & cōpatiētis tenuit in ſe actus & dolores. Hoc uerbū nos nobiſcū reputare debemus, cū in tribulationes uarias incidimus. Cū irruit ſup nos repētina calamitas, & interitus q̄ſi tēpeltas ingruit, q̄n uenit ſup nos tribulatio & anguſtia, q̄n circū dāt nos mala quorū nō eſt numerus, & cōprēhēdunt nos iniquitates n̄rę, & nō poſſumus ut uideamus effugiū. Tūc nō debemus deſperare, ſed cogitare q̄d hęc, p̄pter noſtrā correctionē p̄mittit deus, ne cū hoc mundo dānemur. Ad punctū & in modico derelinqt electos ſuos deus aliquñ, & in miſerationibus magnis cōgregat eos. Hinc deus ait filio quē corripit: In indignatione mea percūſſite (uirga meę paternę correctionis) & in recōciliatione mea miſertus ſum tui. Tā bonus em̄ eſt deus, q̄d eos q̄ exerrāt a uia iuſtitię, partibus corripit, & de quibus peccāt admonet & alloquitur, ut relicta malitia, ad eū reuertant̄. Si filiū naturalē reliqt in p̄ccnis, nihil mirum, q̄d aliquñ uirgā p̄clōrum ſup ſortē iuſtorū reliqt, ut nō extēdant iuſti ad iniquitatē manus ſuas. Verū, ſi ſic flagellat oēm filiū quē recipit, q̄s finis eorū qui nō credunt Euāgelio, & quos reprobat & in reprobum ſenſum tradit? Si iuſtus uix falſuatur, impius & peccator ubi parebunt? Deus nunq̄ derelinqt querētes eū. Et nemo iuocauit eū in ueritate, & deſpectus eſt. Dicunt quidā q̄d poſt hunc uerſum Pſalmi. 21. quem alta uoce

Pro. 1.

Pſal. 39

1. Cor. 11.

Eſaie. 54

Eſa 62.

Sap̄iē. 12.

Pſal. 124

Hebr. 12.

Eccle 3

Tñ clama

PASSIO DOMINI NOSTRI

clamauit, sequentes 130. uersus, qui in psalterio sequuntur, submissa uoce legerit, usque ad illud psalmi 30. In manus tuas & c. Quem etiam exaltans uocē suā instar rubæ clamauit, ut dicit.

Quidam autem, Romanorum militum, ignari sermonis hebraici, illuc stantes, & custodientes eū, & audientes, dicebant, Heliam uocat iste, uel ex ignorantia sermonis hebraici, & consonantia sermonis, Heliam pro Eli accipientes. Vel ex masculinitate & peruerfi cordis pertinacia, quō eū blasphemabant, Helix implorare auxilium, cū adiutorium Dei & proprium non haberet. Unde dixerunt: Deus dereliquit eum. Ceteri uero dicebant: Sine, uideamus an ueniat Helias liberans eū, de cruce & de manibus nostris. Iohannes. Postea

Psa. 70.

sciens Iesus, qui omnia cognoscit, nouissima & antiqua, quia omnia consummata sunt, quæ scripta sunt in lege & psalmis & prophetis de eo, ut consummaretur scriptura, quæ de eo erat, dixit, in ueritate: Scitio. Scriptura implenda erat illa,

Iohan. 16.

Psal. 38.

Luce. 24.

Quintum

uerbum.

Psal. 68.

In siti mea potauerunt me aceto. Vas ergo erat positum, quod ministri diaboli secum portauerant, aceto plenum. Ait Lyranus super Matthæum quod occasione dicti Salomonis, quō ait:

Mccc.

Date ficeram merentibus, & uinum his qui amaro sunt corde. Bibant & obliuiscantur egenitatis suæ, & doloris sui non recordentur amulius. Ideo ex occasione huius uerbi, potestate præditi, uoluntatem habentes in lege Domini, decreuerunt ut condemnatis ad mortem, dare

fur

fur

getur uinum optimum ad bibendum , ut facilis
 as tolerarent passionem. In Hierusalem autem
 erant mulieres deuotæ & compassiuæ, quæ pro
 Christo uinum hoc dabant ex deuotione, Iudgii
 autem odio & malitia pleni , uinū hoc pro ser-
 uatore nostro datū, ebiberūt, iuxta illud Amos
 prophetæ: Vinum damnatorum biberunt, & los- Amos. 4
 cocius uas impleuerunt potu amarissimo, ut se-
 quitur: Illi ergo, tortores Christi omni bestia
 crudeliores, spongeam aceto plenam, quæ ppter
 porosstatem de aceto mixto multū imbibere
 poterat, isopo circumponentes. Matthæus: impos-
 fuerunt arundini. Marcus: calamo, Albertus mas-
 gnus, sambuci, quousq; ad os Christi ptingere
 possent, & dabant ei bibere. Ecce quomodo uua Deut. 32.
 corū, uua fellis est , & botrus amarissimus. Sed Hier. 2
 quomodo conuersa es in amaritudinē Deo tuo, Pla 98.
 uitis aliena? Sic dederunt in escam eius fel, & in-
 siti sua maxima, potauerunt eū aceto. Marcus:
 Dabant ei bibere myrthatum uinum. Vere, fel
 draconum uinum eorum, & uenenum aspidum
 insanabile. & non accepit. Matthæus. Et cum gust- Abac. 3.
 stasset, noluit bibere. Sed us qui potum dat amico
 suo, immiscens fel. Non accepit, quia felleam as-
 maritudinem, inuidiæ, malitiæ & nequitia in-
 hominibus, dulcis & rectus Dñs, nunq; accepta-
 uit. Sed sic diluit delectationem quā Adam ha- Gene. 3
 buit, qñ fructum ueritum gustauit, & cōtra dei
 mandatū de transgressione cū serpente, lingua
 plena ueneno mortifero, uerba exegit & reddidit.

p̄etur uinum optimum ad bibendum, ut facilis
 us tolerarent passionem. In Hierusalem autem
 erant mulieres deuotæ & compassiuæ, quæ pro
 Christo uinum hoc dabant ex deuotione, Iudæi
 autem odio & malitia pleni, uinū hoc pro ser-
 uatore nostro datū, ebiberūt, iuxta illud Amos
 prophetæ: Vinum damnatorum biberunt, & lo- Amos. 4
 coei uas impleuerunt potu amarissimo, ut se-
 quitur: Illi ergo, tortores Christi omni bestia
 crudeliores, spongeam aceto plenam, quæ p̄pter
 porositatem de aceto mixto multū imbibere
 poterat, isopo circumponentes. Matthæus: im-
 p̄uerunt arundini. Marcus: calamo, Albertus ma-
 gnus, sambuci, quousq; ad os Christi p̄tingere
 possent, & dabant ei bibere. Ecce quomodo uua Deut. 32.
 eorū, uua fellis est, & borus amarissimus. Sed Hiere. 2
 quomodo conuersa es in amaritudinē Deo tuo, Pla 98.
 uitis aliena! Sic dederunt in escam eius fel, & in
 siti sua maxima, potauerunt eū aceto. Marcus:
 Dabant ei bibere myrrhatum uinum. Vere, fel
 draconum uinum eorum, & uenenum aspidum
 insanabile. & non accepit. Matthæus. Et cum gus Abac. 2.
 stasset, noluit bibere. Sed us qui potum dat amico
 suo, immiscens fel. Non accepit, quia felleam as-
 maritudinem, inuidiæ, malitiæ & nequitæ in
 hominibus, dulcis & rectus Dñs, nunq̄ accepta-
 uit. Sed sic diluit delectationem quā Adam ha-
 buit, qñ fructum ueritum gustauit, & cōtra dei Gene. 2
 mandatū de transgressione cū serpente, lingua
 plena ueneno mortifero, uerba exegit & reddi-

T iij dit.

292 PASSIO DOMINI NOSTRI

dit. ¶ Ecce quomodo retribuunt benigno & dulci Iesu mala pro bonis, filij scelerati & inem- nequam. Nam cum eos de manu inimicorū redemisset, à seruitute diaboli & peccati in libertatem gloriæ filiorum dei asseruisset, & iā omnibus cōsummatas, relinqueret mūdum, & rediret ad patrē, pro omnibus q̄ illis retribuit, contulit & dedit, non dederunt ei calicem aquæ frigidæ, nec guttā aquæ qua in siti sua maxima quando aruit ut testa uirtus eius, & præ siti nimia lingua eius adhæsit faucibus eius, linguam suam refrigeraret, sed acetum ei dederunt selle mixtum, & uinum myrrhatum. Sed & deus pater eum tunc dereliquit. Nam cum Sampson cum mandibula asini mille Allophylos occidisset, & cōsummata uictoria graui siti p̄meretur, deus ex molari dente maxillæ illius, in aquā dedit q̄ hauit animā suā refocillauit & uires recepit. ¶ Ingrati filij maledictiōis & gehēng. Ipse dedit uobis fructus suauissimos paradisi ad edendū. Et ut raceam alia, dedit uobis panē cœli, Angelorū escā, sine labore in escā annis 40. omne delectametum in se habēs, & oīs saporis suauitatem. Qui etiam ad quod quisq̄ uoluit, ei cōuertebat. Ipse uos cibauit in deserto, una uice & altera. Ipsa uobis corpus suū in cibū dedit. Et uos, omnibus bestijs ingratiore, & diabolo peiores, datis ei p̄ cibo, sel & myrrhā, cū zelo amaro essetis pleni, & amaro corde. Nec non selle amaritudinis, cum obligatione iniquitatis

Esaiæ. 1.
Rom. 8

Matt. 10.
Psalm. 21
Luc. 11. 16.

Iudi. 13

Gene. 3
Exod.
Sapi. 16.

Matt. 14
15
Matt. 26

Abr. 13

tatis efferis absorpti. ¶ Ipse aquas amaras fecit vobis utiles in deserto, ut cum gaudio eas bibere possentis. Similiter in terra promissionis sub Helisæo, ut regum testatur historia. Et una & altera uice sitientibus, aquam eduxit de terra. Sic cibauit uos ex adipe frumenti, & de terra melle & aqua suauissima uos saturauit. At uos redditis ei malum pro bono, acetum pro dulci uino, & impletis eum amaritudine. Sic ponitis ei dulce in amarum. ¶ Insuper, ipse dedit uobis terram lacte, ac melle manantem. In ea cunctis bonis afflueratis, & bona terræ comedebatis, ad saturitatem, & torcularia uestra uino abundabant & exuberabant, & absque dolore habitastis in terra, timore malorum sublato. Sed reddidistis ei malum pro bono, amarum ei dedistis pro dulci, extremam penuriam pro omnium bonorum affluentia, mel & myrrham pro melle, acetum pro lacte. Dolores pro delicijs, crucem ignominiosam, pro terra bona ualde, & olei & mellis. Et non dederunt, non reliquerunt ei in terra quam dedit patribus eorum, nec passum unius pedis. Ideo suffixerunt eum in crucem. Hęcine reddis Domino Deo tuo, popule stulte, ingratus & insipiens. ¶ Amor inflāmas in cruce attractiuus, in admirabili siti eius fuit ostēsus. Triplici siti stiebat benignitas saluatoris nostri dei in cruce Nēpe, corporali, spiritali & mortali. De corporali siti ei nemo dubitat, qui secū reputat, quomodo tota die ac

Exod 15.

4. Reg. 3

Exod 17

Numc. 20

Iob 6

Esaiæ. 5

Exod. 13.

Leuit. 20

Actu. 7. ¶

Deut. 32.

T liij nocte

294 PASSIO DOMINI NOSTRI

nocte in agone cum squissimo & fortissimo hoste contendit absque ulla requie, ut incorruptam iustitiae & uitae coronam nobis & sibi ipsi acquireret, quomodo in stadio, exultauit ut gigas, & nostrae redemptionis uiam cucurrit in siti, ut acciperet brauium. Et quid mirum si siti praemebatur grauissima, qui tot horis torcular calcauit solus? Tot horis laborauit ut bonus miles, tantum pondus diei portauit & astus sine adiutorio. O ingrati tudinem execrandam, qua filii scelerati patrem tam amabilem non sunt dignati una aquae gutta.

¶ Altera sitis eius spiritualis erat, qua salutem nostram desiderio maximo desiderauit & sitiuit. Et haec triplex fuit. Sitiuit nostram redemptionem, reformationem, glorificationem. Propter nostram redemptionem pater filium suum misit in terram, & in temporis plenitudine, nasci fecit de uirgine. Ut reformaremur in nouitate sensus nostri, & conformes efficeremur imaginis filii eius, portaremus imaginem. Adque caelestis, hoc sentiremus in nobis, quod & in Christo Iesu. Ut ambulemus sicut ille ambulauit. Ut expoliaremus nos ueterem hominem cum actibus suis, & indueremus nouum, eum qui renouatur in agnitione dei, secundum imaginem eius qui creauit eum. desiderauit, quemadmodum desiderat ceruus lassus ad fontes aquarum. Non quod ipse bonorum nostrorum egeat, sed quia amat nos & animas nostras. Ideo dulciorem ei potum offerre non possumus, quam quod relicta malicia

reuerteremur ad eum, & glorificamus atque deum
in corpore nostro portamus, digne deo & Euā
gelio gratiæ eius ambulando. 1. Cor. 6
Eph. 4.

¶ Tertium desiderium Christi fuit nostræ glo
rificationis. Hanc aquam fons horrorem & pu
teus aquarum uipientium, sitit. Imo ipsum mare
magnū, hanc desiderat. Et qui oīem sitim uenerat
tollere, patitur id quod ab alijs uenerat au
ferre. Nec sitis illa in eo extinguitur, nisi quan
do nos in regnum suum ad se recipit, super om
nia bona sua constituit, & ad uitæ fontes aquarum
deducit, atque torrente uoluptatis suæ
nos potauerit, & ubertate domus suæ nos ineb
riauerit. Ibi amici eius comedunt, & charis
simi inebriantur. Et ter quaterque beatus, Apoca. 7.
Psal. 36.
Canti. 8
cuius anima cum uiro secundum cor dei ad de
um fontem uiuū nunc sitit, donec ueniat & ap
pareat ante faciem dei, quia satiabitur dum ap
paruerit gloria eius, & facie eum ad faciē uide
rit sicuti est, & similis ei erit. Psal. 41.
1 Ioan. 3

¶ Tertia sitis, mortalis fuit & pœnalis, oēm
mencēs & superās mentis & corporis cruciatū,
Nā a deo ex æquas charitas in corde Christi sa
grauit, quod si pater maiore pœnā p mundi res
demptiōe postulasset, sitiuit maiore sustinere,
ut mundus saluaretur per ipsum, uiuere in infini
tū & infinitas mortes perpeti. Sed in tanta
nostræ salutis siti, eum absynthio cibamus &
felle, & potum aceti damus ei sine mensura, dū
quodibilia ei opera facimus & ad iracundiam

T V cum

eum negauerunt, infanda idola coluerunt, opera
 manuum suarum, & uolucres cæli, pecora cæ- Titi. 1.
 pi, serpentes uenenosos, porcos, cepas & allia. Rom. 8
 Cælestis item militias & astra, solem, lunam & 4. Re. 17
 stellas, & seruiert creaturæ potius quam crea-
 tori. Sed post hæc omnia in Christi passione,
 cōsummata est nequitia peccatorum & purgatio. Dani. 6:
 Nā nulla est aut esse potest maior neqtia, q̄ dei
 filiū interficere, regē glorię, hæredem uniuerso-
 rum, largitorē oīm bonorū, & ad excusationes
 in tanto scelere cōcinnandas inflectere zelū legi-
 sis. Verum, q̄d uoluerunt, non potuerūt. Nam Psal. 140
 & si eum occiderūt in carne, uiuet tamen & re-
 gnat cum gloria, ex dei uirtute. Consummata
 nihilominus est neqtia peccatorū. Nō enim hu- 2. Cor. 13
 mana siue malorū neqtia prolabi posset in peio-
 ra. Secūdo cōsummata est iustitia oīs & ad im- Matth. 4
 pleta in crucis tropheo. Quę quidē ex dei ęterna
 charitate, & abyssali bonitate ibi consummata
 est, ubi neqtia cōsummationē accepit. Nā sicut
 Christo patiente in carne atq; moriēte ex infir- Hebre. 2.
 mitate, cōsummata est neqtia, nō p̄ terminum
 peccatorū, sed p̄ excessum malorū operū. Ita p̄
 Christū cōsummata est iustitia in ope redēpti-
 onis humanę p̄ sufferentiā mortis & pœnarū. Hebr. 9
 Nam ad consummationē sanctōrū in cōsumma-
 tionē seculorū ad destitutionē oīm peccatorū,
 per hostiam suā uultui patris semel apparuit.
 Et sicut ipse est finis legis ad iustitiā omni- Rom. 10.
 ceteri, sic etiam finis est omnis consummationis
 iustitię

298 PASSIO DOMINI NOSTRI

iustitiæ, ut David in spiritu uidit. Et sicut peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem, sic mors Christi dum consummata fuit, destruxit peccatum, & diabolum, qui mortis habuit imperium. Per cuius inuidiã mors introiuit in orbem terrarum, & regnauit in omnibus usque ad Christum, qui per abundantiam gratiæ suæ & donationis & iustitiæ, uinificauit omnes per gratiam, & saluat in regnum suum cœleste. Sic eodem tempore & in eodem loco & opere, per malitiam diaboli, consummata est præuercatio, & nequitia hominum per excessum, & per diuitias bonitatis & gratiæ Dei, omnis iustitia per filiũ Dei est adimpleta & consummata. Ipse enim semetipsum fecit nostram iustitiam, cum iniuste, pro iniustis ad mortem est cõdemnatus ab iniustis & sceleratis. ¶ Tertia consummatio est legalis. Nã in Christi passione, impletæ sunt omnes scripturæ, figuræ & prophetiæ. Insuper in ea consummata sunt omnia præcepta, omnia promissa, omnia sacrificia. Consummatũ est ibi testamentum nouum & æternum, per eius sanguinem præciosum. Hoc testamentum pacis, in morte Christi confirmatum est. Et una illa oblatione, qua seipsum per spiritum sanctum immaculatum Deo obrulit, consummauit in æternum sanctificatos. Ideo Christus uerbum consummans & abbrevians est in æquitate, quod Dominus fecit super terram, & omnis consummationis finis. Insuper in cubito uno arcam cœlestiæ

clisæ

Hæc consummauit, quando omnem scripturam, ad unum nouum mandatum suum dilectionis reduxit, & in dilectione omnia instaurauit & summauit. Inter inenarrabiles dolores istos, fletus & tristitias quibus intus & extra tunc repletus fuit, appropinquauit morti. Et cepit fons uitæ languescere oculos deprimere, facie pallescere, ac morientis speciem ostendere. *Et clamans uoce magna, sicut in propria potestate spiritum & uitam habens. Quia animam eius nemo tulit ab eo, sed ipse eam quando uoluit, posuit, & quando uoluit iterum sumpsit eam. Ille idem qui olim clamauit, postquam Adam deliquit, Adam ubi es? Vide ubi sis, prostratus? Quid fecisti, quid perdidisti, quid malorum & calamitatum meruisti? Nam hac tua inobedientia, tibi & tuæ posteritati mortem, meruisti, & me ut te redimam cum tuis posteris, ad mortem obligasti. Tunc clamauit, & Adam damnauit. Nunc clamat & eum reuocat ad se. Clamauit uoce magna, non tam propter magnitudinem doloris quem tulit, quam propter odium peccati, pro quo tale cruciatum sustulit. Clamat, ut uitæ & mortis se ostendat habere imperium. Iesus ait: Pater, misericordiarum, quod me misisti in mundum, ut mundus pro me saluaretur. Nunc opus consummani, quod dedisti mihi ut facerem. Et nunc iterum relinquit mundum, & ad te uenio. Ideo in manus tuas, id est, in tuam potentiam & protectionem, commendos spiritum meum, id est, animam, Hoc autem dixit saluator, non quasi animam suam ex eundo ex hoc mundo*

Matt. 22.

Rom. 12.

Callis.

Ioh. 10.

Gene. 3.

Rom. 5.

Sapi. 16.

Iohan. 3.

Ioh. 17.

Septimi

uerbum.

IN PASSIO DOMINI NOSTRI

1. Petri. 5. mundo alicui periculo esset exposita, à quo per-
Ecce 15. feret se præseruari, sicut nos sumus, (qs dē mo-
1. Petri. 5. nes illa hora maxime, sicut leones rugiēt es circū-
Gen. 3. cueūt frētes quos deuorēt. Quia infidiātur cal-
Psal. 70. caneo nostro, sicut leones pparati ad escā. Ideo
etiam deo supplicamus, dicētes: Cum defecerit
uirtus mea, ne derelinquas me) Sed hæc uerba
q̄si cum gratiarum actione & laude dixit, eā se-
cure patri committens. Eo quod cōpletis om-
nibus, nunc cum gloria & triumpho ad eum
reuertitur, sciens quod non derelinquet animā
Psal. 15. eius in inferno, nec corpus suum uidere corrup-
Actu. 2. tionē. In hoc dans nobis exemplū, ut in omni
Iob. 6. 30 periculo, siue corporis siue animæ, maxime in
mortis necessitate, ei nos cōmendamus. Quia
non est nobis auxiliū in nobis, & uana salus ho-
minū. ¶ Hoc uerbū reductiuū est omniū in de-
um per crucem Christi, quā instar signi & uexili-
li, in altū leuauit in nationes, ad congregandū
1. Cor. 15 sub ea profugos Israel. Nam Christus mortuo-
Ioh. 17. us est, ut filios dei q̄ erant dispersi, & agnos suos
congregaret in unū. Et hoc est omniū ultio-
mus finis, ut ipse Christus sit oīa in omnibus, &
nos omnes unum in deo. Per tria autem omnia
reduxit in deum Christus, quæ in isto uerbo cō-
siderare debemus. Videlicet, per uigorem, per
amorem, per dolorem. ¶ Vigor & fortitudo
Christi in clamore ualido exprimitur, quem
expirans fecit. Vnde uox illa tuba triumphalis
fuit, qua clangente, Hiericho corruit, diabolū
triumphauit

IESV CHRISTI 201

triumphavit in semetipso, regnū eius destruxit,
 armā eius abstulit, captivam captivitatem red- *Ios 8.*
 demit, spolia eius destrubuit. Sic Christus, dolēs *Colloc. 3*
 uicit, patiens superavit, derelictus debellavit, *Matt. 1.*
 moriens mortem occidit, perdens animam sus- *Eph. 4a*
 am, omnium electorum animas acquisiuit & sal- *Ioh. 12*
 uavit. Sic infirmitas dei, fortitudinem diaboli *1 Cor. 1.*
 contriuit. Agnus, leonem uicit, puer paruulus, *1 Reg. 17*
 gigantem spurium, occidit. ¶ Amor Christi *Actu. 13.*
 in hoc ostenditur, quod in isto uerbo omnium
 electorum & praordinatorum in uitam aternam
 spiritum, causaliter, exemplariter & sacra- *2. Cor. 6.*
 mentaliter commendauit & reddidit deo patri. *Eph. 4.*
 Has enim omnes, eo quod unus cum eo spiritus *1. Cor. 12.*
 sunt per uinculum charitatis, in illo uerbo deo
 commendauit. Sunt item eius membra, & ipse
 caput eorum, ergo unum cū ipso. Sic instar has-
 mi piscatoris, & tanquam sagena latissime cha- *Matt. 13.*
 ritatis crux eius & anima Christi fuit, in mare *Luca. 5.*
 magnū & piculosum huius mūdi missa, & omnes *Johan. 12.*
 bonos pisces cepit, quia oīa ad se traxit ad lit- *2. Tim. 2*
 tus. Nouit enim qui sunt eius, & in illo uerbo,
 eum spiritu suo omnes patri cōmendauit, sicut
 & in cœua pro eis rogauit, dicens: Pater sancte,
 serua nos in nomine tuo quōs dedisti mihi, à malo *Iohā. 17.*
 ¶ Dolor eius in inclinatione capitis ostēdit, &
 paupras. Inclinauit caput moriēs, quia erecta *Matt. 8.*
 ceruice, peccatū cōmissum est, ppter quōd percussus
 est à patre. Inclinauit caput, quia in quō erectū ap-
 poneret, nō habuit. Inclinauit caput, ad osculū,
 face

376 PASSIO DOMINI NOSTRI

(pace facta) inuitans uniuersos. Vt item exaudiat clamantes ad se. Iuxta illud, Inclina aurem tuam & exaudi me, & ad precem meam. Inclinauit caput ut per humilitatem suam, elationem protoparentum nostrorum & superbiam significaret expiatam. Vt & nos humiliemus sub potenti manu dei, non exaltemus cor nostrum, non putemus nos aliquid esse, sed recubamus in nouissimo loco, & in humilitate alios nobis superiores arbitremur.

¶ Et hæc dicens, facto ostendens per inclinationem capitis & commendationem spiritus quid in mortis regno facere uellet per spiritum. Nam postea, mox penetrare inferiores partes terræ, & inspicere omnes dormientes, & illuminare omnes sperantes in domino. Hinc per Osee ait: O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne, expirauit. Et de manu mortis bonos & iustos redemit, & de morte liberauit eos. Iohannes ait: Et inclinato capite, emisit spiritum.

¶ Intueamur hic qualia & quanta testator summus, rex regū, in sua morte dedit electis suis. Nam quamuis pauper & egenus fuisset in omni sua uita, diues fuit tamen in gratia. Ideo iuxta magnificentiam suam imperialem, in cruce largitus est dona maxima, super omne aurū & lapides preciosos omnes meliora. Vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui. Et ut omnes se diligentes diuitijs supernis & iustitia diuites faceret, & thesauros eorū repletet. Reliquit ergo
persecus

Psal. 35
v. 7.

Gen. 3.

Rom. 5.

1. Pet. 5.

Luc. 4.

Philip. 2.

Luc. 13.

Eccle. 24.

Osee. 12.

Psal. 27.

2. Cor. 8.

Hes. 1.

Prou. 8.

persecutionem apostolis, crucem electis, pacē discipulis, corpus Iudæis, uestes crucifixoribus, latroni paradysum, peccatoribus infernum, pœnitentibus ueniam, Matri uirgini, uicarium pro se filium.

Quomodo Christus descendit ad inferna.

Consummato obedientiæ merito & humilitatis sacramēto, in passione Christi ignominiosa, iā incipit exaltatio eius & uirtus eius ostēdi. Nā mox pater incepit eū exaltare, gloria & honore coronare, ac uirtute induit semetipsum. Vel potius quā in passione & cruce abscēderat, nūc incipit uirtutē & fortitudinem suā ostēdere. Quia emisso spiritu, ruptis uinculis mortis, uictō & triumphato diabolo, infirmitas in uirtutē, mortalitas in eternitatē, dolor in gaudiū, & cōtumelia trāsiuit in gloriā. Tunc sol qui hactenus fuit in nubilo effulsit, & claritatis suæ radios longo lateq; diffundere cœpit. Mox enim, anima eius beatissima ad inferna descendit, sedentes in tenebris & in umbra mortis, uinctos in mēdicitate & ferro illuminauit, & uiderunt lucē magnā, quā mūdus in maligno positus, nō cognouit. Ino grati odio habuit. Vincula eorū dirupit, qua portas æreas & uestes ferreos cōfregit, ac eos in gaudiō cū uultu suo latificauit & fatiuit, atq; omne desiderii eorū eis dedit. Vnde scriptū est: Penetrabo oēs inferiores partes terræ, & liberabo oēs sperantes in me. Anima igitur Christi, separata à corpore, diuinitati semper māsit unita. Et egrediens de corpore, hoste uictō q̄ cruce, ut triūphator maximus

Philip. 2.

Psal. 8

Abac. 3

2. Mac. 2.

E sai. 9

Matt. 4

E sai 48

Psal 20

Eccle. 24

V mus

304 P A S S I O D O M I N I N O S T R I

nus cum militia cœlesti & castris dei, quorum
 nō erat numerus, descēdit ad inferiores partes
 terræ cū eis. Et ueniētes ad atriu & domu fors
 ris quā hactenus in pace custodierat, clausam
 repperit. Tunc angeli sancti clamauerunt: At
 tollite portas uestras principes tenebrarum &
 & mūdi dānabilis, & introibit rex gloriæ. Hæc
 audientes spūs tenebrarū turbati sunt & timue
 runt timore magno, dicentes: Quis est iste rex
 gloriæ? Responderunt angeli lucis: Dñs fortis
 & potens in opere & sermone, dominus potēs
 in p̄glio. Igitur rūpire moras, & attollite por
 tas principes uestras, qui hactenus gratis eum
 estis persecuti, & eleuamini portæ æternales,
 & introibit rex gloriæ. Et dum spūs immundi
 iterato dicerent: Quis est iste rex gloriæ? Res
 pponderunt angeli boni: Dñs uirtutū, ipse est
 rex gloriæ. Et mox portas ereas conterebrāt &
 uectes ferreos cōfregerunt, atq; gloriosos ter
 ræ (iplos spūs nequā) humiliauit & confudit.
 Tūc domu eius ingrediebatur, ipsum annis mil
 le in inferno ligauit, arma illius uniuersa in qui
 bus fidutiā habuit, abtulit, & spolia eius distri
 buit. Sic in laqueo mortis quē Christo posuit,
 diabolus captus est, & perit, & regnū & gentē
 pdidit, qd plus quinq; milibus annis in pace dā
 nabili possederat. Mox in snū Abrahæ ubi ele
 cti a constitutione mundi eius in spe certa ad
 centum p̄tolabantur, ingrediebatur, & oñen
 dēs eis semetipsum & gloriam suę diuinitatis,
 saluos

saluos eos fecit, tristitiam eorum in gaudium,
 q̄d nemo ab eis auferre potest, cōuertit. Et tūc
 facie ad faciē eum uiderunt, & cognouerūt eū 1. Cor. 13
 sicut & cogniti erant, ac uiderunt eū sicuti est. 1. Io. 3
 Tunc etiam ex singulari gratia, dolores infer-
 ni soluit, hoc est detentos in p̄cnis ignis puri-
 gatorij, omnes liberauit, & ad se ad sinum Abra- Act. 2
 hę per sanctos angelos adduci fecit, & in glo-
 ria beatificauit. Et sic cum eis in sinu Abrahę
 horis. 40. ad horam resurrectionis usq̄ p̄mano-
 sit. At, quę uox, quę poterit lingua retexere,
 Psalmos, hymnos & cantica spiritualia, gratia
 rū actiones & uoces laudis, quibus deum bene-
 dixerunt animę sanctę? Dubio procul una ce- 3. p̄oc. 4
 ciderunt oēs in facies suas, dicentes: Dignus es
 dñe deus noster accipere gloriā & honorem & Apoc. 9
 uirtutem. Accipere librum & soluere signacula
 eius, quoniā occisus es, & redemisti nos in san-
 guine tuo, &c. Hęc summis labijs in pręsentia
 rum tetigisse, satis est. ¶ Cum igitur ex chari-
 tate p̄petua, rex pro seruis, innocēs p̄ reis, de-
 us pro hoibus, mortē gustasset, tunc totā mūdi
 machinam mouit, & insensibiles creaturas, ad
 compassionem suam commouit. Et illę p̄ crea-
 toris dei sui iniurijs se dolere, & in casu suo se
 casuras & ad nihilum redigendas, indicijs quib-
 us poterant, demonstrauerunt. Et quem
 homines quos redemit & saluauit, derident
 & blasphemant, huic elementa lamentantur.
 Unde ait Mattheus: *Et ecce celum templi*
V ij scissum

386 PASSIO DOMINI NOSTRI

scissum est in duas partes, a summo usque deorsum
 per summum significatur apertio regni cœlo-
 rum, per aliud iudicij seueritas in pœnis infer-
 ni. Et merito, soluto uero dei templo, impietas
 Iudaica, ipsum materiale templum suo modo
 planctum fecit, & ueri tēpli dei ruinam deplo-
 rat. Aliud mœroris signum accipit, à terra & la-
 pidibus, dicens: *et terra mota est, quasi ferre recu-*
sans & horrens creatoris impiissimos occisores,
et petra scissa sunt. Quasi & ipsę luctum amarum
& planctum tacerent, Domini uniuersorum ini-
uriam non ferentes, & arguerent omnes in uo-
luntate mala obstinatos. Et monumenta aperta
sunt, eodem temporis momento. Et cum Chris-
to in resurrectione corporaliter erant resurs-
recturi, de quibus sequitur, et multa, non omnia
sanctorum corpora qui dormierant, surrexerunt. Et
hac ratio est, quare patres fidei nostrę & am-
ici dei, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph & alij in
terra illa sepeliri desiderauerunt. Surrexerunt
autem, non ante, sed post Christum, ut sit ille
*primitiæ dormientium, & primogenitus mor-
 tuorum. Et exeuntes de monumentis, post resurre-*
ctionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem, et appa-
ruerunt multis, post Christi resurrectionem, as-
sirmantes, quoniam ipse est Christus, salus mū-
di, desideratus cunctis gentibus, & desiderium
collium æternorum. Dubio procul, multi isti,
quibus apparuerunt, primores erant in Chri-
sti pcuratione, quorū multi à diaboli laqueis
 resipuerunt,

2. Cor. 3

Psal. 67.

Iohan. 11.

1. Tes. 4.

1. Cor 15

Collo. 1

Apocal. 1

cessauerunt, sicut scriptum est: Multa quoque
 turba sacerdotum, obediebat Euangelio. Multa ^{Actus}
 corpora sanctorum quæ surrexerunt, & tes-
 timonium Christo perhibuerunt, nihil me iudi-
 ce prohibet, omnes prophetas accipere, qui an-
 te aduentum eius ei testimonium (teste Petro)
 perhibuerunt. Et quid prohibet Abraham, Isa-
 ac, Ioseph, Melchisedech, Moysen, Aaron, Heliã,
 Abel, Noe, Iob, Daniele, Iohannem baptistã,
 Zachariam patrem eius, Elizabeth, Simeonem
 iustum, Annam Phanuelis, & id genus alios ele-
 ctos, zelatores legis, iusti rectique amatores
 eos fuisse. Opinando dicimus, non sententiã præ-
 cipitamus. Deinde recenset fructum quæ mors
 & sanguis Christi, mox operatus est in conuersi-
 sione gentilium, dicens: Centurio autem, capitaneus ^{Matt. 27}
 & milites, qui cum eo erant, custodientes Iesum,
 viso terramotu, & his quæ fiebant, timuerunt ualde.
 Marcus. Et uideus Centurio quod sic clamans expi-
 rasset, Lucas glorificauit deum, dicens: Vere, hic ho-
 mo, filius dei erat. Sic Iudæorum delicto, salus est ^{Rom. 10.}
 gentibus. Nam Centurio ille, incircūcisus erat,
 sed non aure & corde, quæ ad unam expirationis uo-
 cẽ, sub tot infirmitatum indicijs, Dominũ mas-
 iestatis cognouit, credidit, & confessus est ad sa-
 lutem uitæ in morte, uirtutem in infirmitate, sa-
 pientiam in stultitia, deũ in homine, summũ spi-
 ritum in expiratione. Nec tamen solus Centu-
 rio. Sed Luca teste, Et omnis turba eorum, qui simul
 aderant ad lamentabile & triste spectaculum.

308 PASSIO DOMINI NOSTRI

- istud. Quale non fuit ex quo gentes esse ceperūt.
2i Mac. 7 Nec unquam erit ei simile, q̄ tantus, taliter mor-
 reretur, & uidebant quæ fiebant. Digna namq̄ ad-
 miratione facta sunt in Christo, Domino tan-
 gente corda eorū, percutientes pectora sua, pœnis
 tentes uidelicet & dolentes de Christi crudeliss-
 sima & iniustissima occisione, reuertebātur, hoc
 est, secundū Albertū magnum, à malo ad bonū
 cōuersi sunt, & doluerunt sicut dolere solet in
 morte primogeniti, q̄d in mortem Christi cons-
 senserunt, uel mortē eius nō impediuerūt. Sta-
 bant autem omnes noti eius, & mulieres multæ a lō-
 ge quæ secutæ erant Iesum a Galilæa, ministrantes ei,
 de longe aspicientes & uidentes. Inter quas erat Ma-
 ria Magdalena & Maria Iacobi & Ioseph mater, &
 Maria Salomæ. Matthæus. mater filiorum Zebedæi.
 Marcus. Et cum esset in Galilæa, sequebantur es-
 um, & ministrabāt ei (de facultatibus suis quæ ei erāt
 necessaria) & aliæ multæ, quæ ascenderant cū eo Hie-
 rosolymam. Et aliq̄ multq̄, quibus dixit: Filiq̄ Hie-
 rusalem, nolite flere super me. &c. Stabant à lō-
 ge, non tam corpore quam mente. Deficiebant
 enim in fide, & non credebant eūdem Christum
 esse mortuum, quem uiuum. Mater autem Do-
 mini stabat prope, quia uera, indubitata & per-
 fecta fides, in sola matre agni in triduo morti:
Ioh. 19. Christi, stabilis permansit. Veruntamen & de
 ipsis Iohānes ait: quia steterunt iuxta crucem. Nā
 qui simul cum matre agni prope stabant, facta
 commendatione matris discipulo, parum lon-
 gius

gius recesserant, ne à turba tumultuante p̄me-
 rent, ut nihilominus cætera quæ dixit Iesus au-
 dirēt, & quæ circa eū fiebant, intuerentur. At Deut 21
 malitia p̄fidorum, nō est cum morte Christi sa- Psal: 40
 tiata. Nam referente Iohanne: Iudæi ergo quoniam Prou 1
 am parasceue erat, ut nō remanerent corpora in cruce
 sabato. Ecce rursus p̄uaricatores legis zelū
 & mandatum malitiæ suæ uelamē faciunt, & ex-
 cusationem in suis peccatis. Potuerūt sic simplis-
 sibus illudere, sed frustra rete hoc iecerunt an-
 te oculos p̄natorū. Sed neq; deū potuerūt irri-
 dere, fūco tali & fascinatione, erat enim magnus
 dies ille sabati, q̄a dies Paschæ & sabati simul.
 Rogauerunt ergo Pilatum ut suo consensu & iussu Deut 21.
 frangerentur crura eorum, & tollerentur, & depo- Psal 11.
 nerentur mortui de crucibus. Et sic legis uide- Salu: 115
 rentur esse obseruatores, quæ suspensos eodem Pro: 25
 die iubet deponere & sepelire. Sed mentiebāt
 iniquitas & malitia sibi, labia dolosa in corde
 loquebantur. Aliud corde clausum, aliud lingua
 promptum habuerunt Quia licet p̄æsi di reue-
 rentiam sabati allegarent, septem tamen neq;-
 tiæ erāt in corde ipsorū. Timebāt em̄, ne p̄pter
 signa in morte Christi facta, in quiete sabati,
 tumultus populi fieret. Et ex uiso in cruce cor-
 pore sanctissimo, turba Christo p̄pter inauditā
 & innumera eius beneficia & opa magna q̄ nē-
 mo alius fecit, addicta (ut est mutabile uulgus)
 moueret ad eius reuerentiā, & adoraret mortuū
 ut deū, quē ipsi occiderāt ut impiū & dei inimicū.

306 PASSIO DOMINI NOSTRI

Ecce 15. mundo alicui periculo esset exposita, à quo pe-
1. Petri. 5. teret se præseruari, sicut nos sumus, (qs dē mo-
Gen. 3 nes illa hora maxime, sicut leones rugiētes cir-
Psal. 70. cueūt frētes quos deuorēt. Quia infidiātur cal-
canco nostro, sicut leones p̄parati ad escā. Ideo
etiam deo supplicamus, dicētes: Cum defecerit
uirtus mea, ne derelinquas me) Sed hæc uerba
q̄si cum gratiarum actione & laude dixit, eā se-
cure patri committens. Eo quod cōpletis om-
Psal. 15. nibus, nunc cum gloria & triumpho ad eum
Actu. 2. reuertitur, sciens quod non derelinquet animā
eius in inferno, nec corpus suum uidere corrup-
Iob. 6. 30 tionē. In hoc dans nobis exemplū, ut in omni
periculo, siue corporis siue animæ, maxime in
mortis necessitate, ei nos cōmendamus. Quia
non est nobis auxiliū in nobis, & uana salus ho-
Esai. 11 minū. ¶ Hoc uerbū reductiuū est omniū in de-
Iob. 11 um per crucem Christi, quā instar signi & uexila-
1. Cor. 15 li, in altū leuauit in nationes, ad congregandū
Ioh. 17. sub ea profugos Israel. Nam Christus mortu-
us est, ut filios dei q̄ erant dispersi, & agnos suos
congregaret in unū. Et hoc est omniū ultio-
mus finis, ut ipse Christus sit oīa in omnibus, &
nos omnes unum in deo. Per tria autem omnia
reduxit in deum Christus, quæ in isto uerbo cō-
siderare debemus. Videlicet, per uigorem, per
amorem, per dolorem. ¶ Vigor & fortitudo
Christi in clamore ualido exprimitur, quem
expirans fecit. Vnde uox illa tuba triumphalis
fuit, qua clangente, Hiericho corruit, diabolū
triumphauit

triumphauit in semetipso, regnū eius destruxit,
 armā eius abstulit, captiuam captiuitatem res- Ios 6.
 demit, spolia eius destrubuit. Sic Christus, dolēs Colloc. 2
 uicit, pariens superauit, derelictus debellauit, Matt. 1.
 moriens mortem occidit, perdens animam suā Eph. 4.
 am, omnium electorum animas acquisiuit & sal- Ioh. 12
 uauit. Sic infirmitas dei, fortitudinem diaboli 1. Cor. 1.
 contriuit. Agnus, leonem uicit, puer paruulus, 1. Reg. 17
 gigantem spurium, occidit. ¶ Amor Christi A. 11. 13.
 in hoc ostenditur, quod in isto uerbo omnium
 electorum & praedicatorum in uitam a ter-
 nam spiritum, causaliter, exemplariter & se- 2. Cor. 6.
 mentaliter commendauit & reddidit deo patri. Eph. 4.
 Has enim omnes, eo quod unus cum eo spiritus 1. Cor. 12
 sunt per uinculum charitatis, in illo uerbo deo
 commendauit. Sunt item eius membra, & ipse
 caput eorum, ergo unum cū ipso. Sic instar ha-
 mi piscatoris, & tanquam sagena latissimae cha- Matt. 13,
 ritatis crux eius & anima Christi fuit, in mare Luc. 5.
 magnū & periculosum huius mundi missa, & omnes Iohan. 12.
 bonos pisces cepit, quia oīa ad se traxit ad lit- 2. Tim. 2
 tus. Nouit enim qui sunt eius, & in illo uerbo,
 eum spiritu suo omnes patri cōmendauit, sicut
 & in cœna pro eis rogauit, dicens: Pater sancte,
 serua nos in nomine tuo quōs dedisti mihi, a malo Ioh. 17.
 ¶ Dolor eius in inclinatione capitis ostēdit, &
 paupras. Inclinauit caput moriēs, quia erecta Matt. 8.
 ceruice, peccatū cōmissum est, ppter quōd percussus
 est a patre. Inclinauit caput, quia in quō erectū ap-
 poneret, nō habuit. Inclinauit caput, ad osculū,
 face

persecutionem apostolis, crucem electis, pacē discipulis, corpus Iudais, uestes crucifixoribus, latroni paradysum, peccatoribus infernum, pœnitentibus ueniam, Matri uirgini uicarium pro se filium.

Quomodo Christus descendit ad inferna.

Consummato obedientiæ merito & humilitatis sacramēto, in passione Christi ignominiosa, iā incipit exaltatio eius & uirtus eius ostēdi. Nā mox pater incepit eū exaltare, gloria & honore coronare, ac uirtute induit semetipsum. Vel potius quā in passione & cruce abscōderat, nūc incipit uirtutē & fortitudinem suā ostēdere. Quia emissio spiritu, ruptis uinculis mortis, uicto & triumphato diabolo, infirmitas in uirtutē, mortalitas in ęternitatē, dolor in gaudiū, & cōtumelia trāsuit in gloriā. Tunc sol qui hactenus fuit in nubilo effulsit, & claritatis suæ radios longo lateq; diffundere cœpit. Mox enim, anima eius beatissima ad inferna descendit, sedentes in tenebris & in umbra mortis, uinctos in mēdicitate & ferro illuminauit, & uiderunt lucē magnā, quā mūdus in maligno positus, nō cognouit. Imo gratis odio habuit. Vincula eorū dirupit, qua portas æreas & uectes ferreos cōfregit, ac eos in gaudio cū uultu suo laxificauit & satiauit, atq; omne desiderii eorū eis dedit. Vnde scriptū est: Penetrabo oēs inferiores partes terræ, & liberabo oēs sperantes in me. Anima igitur Christi, separata à corpore, diuinitati semper māsit uita. Et egrediens de corpore, hoste uicto q̄ cruce, ut triumphator maximus

V mus

304 PASSIO DOMINI NOSTRI

nus cum militia cœlesti & castris dei, quorum
 nō erat numerus, descēdit ad inferiores partes
 terræ cū eis. Et ueniētes ad atriu & domu for-
 ris quā hactenus in pace custodierat, clausam
 repperit. Tunc angeli sancti clamauerunt: At-
 tollite portas uestras principes tenebrarum &
 & mūdi dānabilis, & introibit rex gloriæ. Hæc
 audientes spūs tenebrarū turbati sunt & timue-
 runt timore magno, dicentes: Quis est iste rex
 gloriæ? Responderunt angeli lucis: Dñs fortis
 & potens in opere & sermone, dominus potēs
 in prēlio. Igitur rūp̄te moras, & attollite por-
 tas principes uestras, qui hactenus gratis eum
 estis persecuti, & eleuamini portæ æternales,
 & introibit rex gloriæ. Et dum spūs immundi
 iterato dicerent: Quis est iste rex gloriæ? Re-
 sponderunt angeli boni: Dñs uirtutū, ipse est
 rex gloriæ. Et mox portas ereas conterebrāt &
 uertes ferreos cōfregerunt, atq; gloriosos ter-
 ræ (ip̄os spūs nequā) humiliauit & confudit.
 Tūc domu eius ingrediebarur, ip̄sum annis mil-
 le in inferno ligauit, arma illius uniuersa in qui-
 bus fiducia habuit, abtulit, & spolia eius distri-
 buit. Sic in laqueo mortis quē Christo posuit,
 diabolus captus est, & perit, & regnū & gentē
 pdidit, qd̄ plus quinq; milibus annis in pace dā-
 nabili possederat. Mox in snū Abrahæ ubi ele-
 cti a constitutione mundi eius in spe certa ad-
 centum p̄tolabantur, ingrediebarur, & offen-
 dēs eis semetip̄sum & gloriā suā diuinitatis,
saluos

saluos eos fecit, tristitiam eorum in gaudium,
 qd nemo ab eis auferre potest, cōuertit. Et tūc 1. Cor. 13
 facie ad faciē cum uiderunt, & cognouerūt eū
 sicut & cogniti erant, ac uiderunt eū sicuti est. 1. Io. 3
 Tunc etiam ex singulari gratia, dolores infer-
 ni soluit, hoc est detentos in p̄cānis ignis pur-
 gatorij, omnes liberauit, & ad se ad sinum Abra- Act. 2
 hæ per sanctos angelos adduci fecit, & in glo-
 ria beatificauit. Et sic cum eis in sinu Abrahæ
 horis. 40. ad horam resurrectionis usq̄ p̄mans-
 sit. At, quæ uox, quæ poterit lingua retexere,
 Psalms, hymnos & cantica spiritualia, gratia
 rū actiones & uoces laudis, quibus deum bene-
 dixerunt animæ sanctæ? Dubio procul una ce- Spec. 4
 ciderunt oēs in facies suas, dicentes: Dignus es
 dñe deus noster accipere gloriā & honorem &
 uirtutem. Accipere librum & soluere signacula Apoc. 5
 eius, quoniā occisus es, & redemisti nos in san-
 guine tuo, &c. Hæc summis labijs in præsentia-
 rum tetigisse, satis est. ¶ Cum igitur ex chari-
 tate p̄petua, rex pro seruis, innocēs, p̄ reis, de-
 us pro hoībus, mortē gustasset, tunc totā mūdi
 machinam mouit, & insensibiles creaturas, ad
 compassionem suam commouit. Et illę, p̄ crea-
 toris dei sui iniurijs se dolere, & in casu suo se
 casuras & ad nihilum redigendas, indicijs qui-
 bus poterant, demonstrauerunt. Et quem
 homines quos redemit & saluauit, derident
 & blasphemant, hunc elementa lamentantur.
 Vnde ait Mattheus: *Et ecce uelam templi*

386 PASSIO DOMINI NOSTRI

scissum est in duas partes, a summo usque deorsum
 per summum significatur apertio regni cœlo-
 rum, per aliud iudicij seueritas in pœnis infer-
 ni. Et merito, soluto uero dei templo, impietas
 Iudaica, ipsum materiale templum suo modo
 1. Cor. 3. planctum fecit, & ueri tēpli dei ruinam deplo-
 rat. Aliud mœroris signum accipit, a terra & la-
 pidibus, dicens: & terra mota est, quasi ferre recu-
 psal. 67. sans & horrens creatoris impijssimos occisores,
 & petra scissa sunt. Quasi & ipsę luctum amarum
 & planctum tacerent, Domini uniuersorum ini-
 iuriam non ferentes, & arguerent omnes in uo-
 luntate mala obstinatos. Et monumenta aperta
 sunt, eodem temporis momento. Et cum Chris-
 to in resurrectione corporaliter erant resurs-
 Iohan. 11. recturi, de quibus sequitur, & multa, non omnia
 1. Tes. 4. sanctorum corpora qui dormierant, surrexerunt. Et
 1. Cor 15. hæc ratio est, quare patres fidei nostræ & am-
 Collo. 1. ci dei, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph & alij in
 Apocal. 1. terra illa sepeliri desiderauerunt. Surrexerunt
 autem, non ante, sed post Christum, ut sit ille
 primitiæ dormientium, & primogenitus mor-
 tuorum. Et exeuntes de monumentis, post resurre-
 ctionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem, & appa-
 ruerunt multis, post Christi resurrectionem, & fi-
 firmantes, quoniam ipse est Christus, salus mū-
 di, desideratus cunctis gentibus, & desiderium
 collium æternorum. Dubio procul, multi isti,
 quibus apparuerunt, primores erant in Chris-
 ti pcuracione, quorū multi a diaboli laqueis
 resipuerunt,

cessauerunt, sicut scriptum est: Multa quoque
 turba sacerdotum, obediebat Euangelio. Multa ^{Actus}
 corpora sanctorum quæ surrexerunt, & tes-
 timonium Christo perhibuerunt, nihil me iudi-
 ce prohibet, omnes prophetas accipere, qui an-
 te aduentum eius ei testimonium (teste Petro)
 perhibuerunt. Et quid prohibet Abraham, Isas-
 ac, Ioseph, Melchisedech, Mosen, Aaron, Heliã,
 Abel, Noe, Iob Danielem, Iohannem baptistã,
 Zachariam patrem eius, Elizabeth, Simeonem
 iustum, Annam Phanuelis, & id genus alios elec-
 ctos, zelatores legis, iusti rectique amatores es-
 se fuisse. Opinando dicimus, non sententiã præ-
 cipitamus. Deinde recenset fructum quæ mors
 & sanguis Christi, mox operatus est in conuer-
 sione gentilium, dicens: Centurio autem, capitaneus ^{Matt. 27}
 & milites, qui cum eo erant, custodientes Iesum,
 viso terræ motu, & his quæ fiebant, timuerunt ualde.
 Marcus. Et uideus Centurio quod sic clamans expi-
 rasset, Lucas glorificauit deum, dicens: Vere, hic ho-
 mo, filius dei erat. Sic Iudæorum delicto, salus est ^{Rom. 10.}
 gentibus. Nam Centurio ille, incircūcisus erat,
 sed non aure & corde, quia ad unam expiratis uo-
 cẽ, sub tot infirmitatum indicijs, Dominũ ma-
 iestatis cognouit, credidit, & confessus est ad sa-
 lutem uitæ in morte, uirtutem in infirmitate, sa-
 pientiam in stultitia, deũ in homine, summũ spi-
 ritum in expiratione. Nec tamen solus Centu-
 rio. Sed Luca teste, Et omnis turba eorum, qui si-
 mul aderant ad lamentabile & triste spectaculum.

V in istud.

308 PASSIO DOMINI NOSTRI

istud. Quale non fuit ex quo gentes esse ceperūt

Mac. 7. Nec unquam erit ei simile, q̄ tantus, taliter moreretur, & uidebant quæ fiebant. Digna namq̄ admiratione facta sunt in Christo, Domino tan-

Zach. 12. gente corda eorū, percutientes peſtoras ſua, pœnitentes uidelicet & dolentes de Christi crudeliſſima & iniuſtiſſima occiſione, reuertebātur, hoc eſt, ſecundū Albertū magnum, à malo ad bonū cōuerſi ſunt, & doluerunt ſicut dolere ſolet in morte primogeniti, q̄d in mortem Christi conſenſerunt, uel mortē eius nō impediuerūt. Sta-

Luce. 8. bant autem omnes noti eius, & mulieres multæ a lōge quæ ſecutæ erant Ieſum a Galilæa, miniſtrantes ei, de longe aſpicientes & uidentes. Inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi & Ioseph mater, & Maria Salomæ. Matthæus. mater filiorum Zebedei. Marcus. Et cum eſſet in Galilæa, ſequebantur eum, & miniſtrabāt ei (de facultatibus ſuis quæ ei erāt

Luce. 23. neceſſaria) & aliæ multæ, quæ aſcenderant cū eo Hieroſolymam Et aliq̄ multq̄, quibus dixit: Filij Hieroſolymam, nolite flere ſuper me. &c. Stabant à lōge, non tam corpore quam mente. Deficiebant enim in fide, & non credebant eūdem Christum eſſe mortuum, quem uiuum. Mater autem Domini ſtabat prope, quia uera, indubitata & perfecta fides, in ſola matre agni in triduo morti:

Ioh. 19. Christi, ſtabilis permanſit. Veruntamen & de ipſis Iohānes ait: quia ſteterunt iuxta crucem. Nā qui ſimul cum matre agni prope ſtabant, facta commendatione matris diſcipulo, parum lon-

gius

gius recesserant, ne à turba tumultuante p̄me-
 rent, ut nihilominus cætera quę dixit Iesus au-
 dirēt, & quę circa eū fiebant, intuerentur. At Deut 21
 malitia p̄fidorum, nō est cum morte Christi facta. Psal: 40
 tiata. Nam referente Iohanne: Iudæi ergo quoniam Prou 1
 am parasceue erat, ut nō remanerent corpora in cruce
 sabato. Ecce rursus p̄uaricatores legis zelū
 & mandatum malitię suę uelamē faciunt, & ex-
 cusationem in suis peccatis. Potuerūt sic simpli-
 cibus illudere, sed frustra rete hoc iecerunt an-
 te oculos p̄natorū. Sed neq; deū potuerūt irrisi-
 dere, fūco tali & fascinatione, erat enim magnus
 dies ille sabati, q̄a dies Paschæ & sabati simul.
 Rogauerunt ergo Pilatum ut suo consensu & iussu
 frangerentur cura eorum, & tollerentur, & de-
 ponerentur mortui de crucibus. Et sic legis uide-
 rentur esse obseruatores, quę suspensos eodem
 die iubet deponere & sepelire. Sed mentiebant̄
 iniquitas & malitia sibi, labia dolosa in corde
 loquebantur. Aliud corde clausum, aliud lingua
 promptum habuerunt. Quia licet p̄sidi reuer-
 rentiam sabati allegarent, septem tamen neq;-
 ritę erāt in corde ipsorū. Timebāt em̄, ne p̄pter
 signa in morte Christi facta, in quiete sabati,
 tumultus populi fieret. Et ex uiso in cruce cor-
 pore sanctissimo, turba Christo p̄pter inaudita
 & innumera eius beneficia & opa magna quę
 nemo alius fecit, addicta (ut est mutabile uulgus)
 moueret̄ ad eius reuerentiã, & adoraret̄ mortuū
 ut deū, quē ipsi occiderāt ut impiū & dei inimicū.

310 PASSIO DOMINI NOSTRI

Nam uiderant iam Christi crucifixores ad religionem conuersos, & quem crucifixerunt ut omnium hominum pessimū, nunc publice cōfiteri dei uui uerum filium. Intuebantur etiā uultus hoīm & mulierū signorū magnitudine mutatos. Multi etiam eorum dicebāt: Hæc omnia crebro prædixit se sine causa passurū, ut sic impleret omnia quæ de eo scripta sunt in lege & prophetis, & ita intrare in gloriā suam. Vg nobis quia peccauimus, innocentē sanguinē fundēdo. Et murmur multus erat in populo, maxima parte dicentiū, qd bonus erat. Vnde timor & tremor uenit super eos, ideo præcauere uolentes in futurū, ex malitia iusserunt frangi eorum crura, & simul oēs de patibulis deponi & tolli ab hoīm aspectibus, ne tēplo Dei, corpori Christi, honor & reuerētia impēderetur, a pietate turbarū, quæ eū diligebat, & mortuū lamētabatur & dolebat, ut doleri solet in unigeniti & primogeniti morte. Venerunt ergo milites a Pilato missi, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Forte in multis locis, ut citius morerentur, & ne depositi, & mortuos se sinxissent, effugere possent.

¶ Ad Iesum autē cū uenissent, ut facerent ei sicut alijs fecerūt, ut uiderunt eum iā mortuū, nō fregerunt eius crura, disponente hoc sic diuina, quidēseria, ut postea sequitur. Alioqui, quō filij diaboli pepercissent patētibus cruribus, qui cor nō passens, sed in corpore absōsum dira lācea disseuerunt?

Lucæ. 24.

Ioan. 7.

Gene. 6.

Zach. 12.

euerunt? Sed unus militū, Longinus noſe (ut dicitur) lancea latus eius aperuit. Crudelitati maior ſuccedit crudelitas, & ex parte occidentiū, in humana feritas. Ex parte uero agni occiſi, maior māſuetudo, bonitas, patiēcia & charitas apparet. Neq; eſt mortuo illi corpori aliqd inferri potuit q̄d Chriſtus noluit, & q̄d ad noſtram ſalutē nō p̄ordinauerit, quoniam & ſi ab eo aīa exiuit, deus tñ ei unitus māſit. Magna proinde crudelitas fuit, talē ac tantū benefactorē, tā ignominioſa morte perimere, ſed maior feritas, in corpus iā mortuū deſeuire. At Longinus ſe gratificari Iudēis uolens, hoc ignorans & in incredulitate ſua fecit, qui poſtea miſericordiam conſecutus a deo & factus fidelis, diros in corpore ſuo ſuſtinuit cruciatus, & martyrii coronā p̄meruit. Siquidē in corpore & aīa illuminatus fuit, & Ceſareæ Capadocie 38. annis monaſticam & angelicā uitā duxit, multos ſaluauit. Et poſt q̄ bonū certamē fidei certauit, curſum conſummauit, fidē ſeruauit, iuſtitie coronā, animam ſuam ponendo pro ouibus ſuis & fide catholica, per arctā martyrii uiā, cælū intrauit. Verū quāuis uulnus hoc non ſenſit Chriſti corpus, ſenſit tñ hoc Mariæ ſpūs. Et tūc ipſius animā p̄tranſiuit doloris gladius, ut olim ei p̄dixerat Simeō iuſtus, & cōtinuo exiuit ſanguis & aqua. Sanguis in precium redemptionis, & aqua in lauacrum regenerationis, quia dilexit nos, & la. & nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

1. Tim. 1.

2. Tim. 4

2. Tim. 4

Mat. 7.

Lucē. 2

Apoc. 1.

V V Sic

312 PASSIO DOMINI NOSTRI

- Sic ex noui Adæ latere dormientis in cruce, formata est Ecclesia, sicut olim ex antique Adg dormientis latere siue costa formata est Eua. Videte nunc qui redempti estis a dño, ostium in latere arcæ, per quod qui intrant saluantur, qui non ingrediuntur, oēs pereunt in aquis uehementibus diluuij maledictionis antiquæ. Sanguis iste purus, uerus & naturalis fuit, licet fortassis effluxus eius de corpore mortuo, fuerit miraculosus. Similiter & aqua uera & pura, nō humor aquaticus fuit, qui secundum Lyranū, miraculose exiuit. Et sanguis primo purus & impermixtus exiuit, deinde aqua pura & impermixta. De crudelitate ista incredibili, euangelista nos duplici certificat testimonio, uisus uis delicti & scripturæ: dicens: Et qui uidit, oculis proprijs, testimonium ueritatis perhibuit. Et ideo uerum est testimonium eius, et ille scit quia oculis suis uidit, quia uera dicit. Ut & uos credatis. Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur. Exo. 12. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit, loquens de uulneribus adsertoris nostri: Videbunt in quem transfixerunt. Et uidebit eū oīs oculus, iustorū & reprobū in iudicio in magna maiestate, gloria & potestate. Illi cū inenarrabili gaudio, Hi q̄ eū pupugerunt, contēpserunt, uidebunt eū iratū. Et dicent mōtibz & petris, Cadite sup nos & abscondite nos, a facie sedēcis super thronū & ab ira agni, qm̄ uenit dies magnus iræ eius, & quis poterit stare ante eum.

¶ Hora

¶ Hora Vespertina.

Vergente diei agonis Christi uespere, cum sol uisibilis mundum illuminans declinaret ad occasum, sol iustitię Christus Iesus, in cordibus Ioseph & Nicodemi hactenus absconditus & latens, ortus est. Et sol qui prius in cordibus eorū delituit sicut in nubilo, refulsit & creuit in lucem magnam. Siquidem fidem in Christum Iesum quam hucusq; absconditam habuerunt in cordibus, uirtute induti ex alto, uirtute magna testati sunt. Et Christum derelictū ab oibus peccatum & maledictū pro nobis factum, opprobrium itē holm & abiectiōē, pauore mortis excluso, spretaq; Iudæorū uel uana gratia, uel inuidia, publice confitentur corā hoibus, ut ille eos uices uersa confitetur corā patre suo, & angelis & eībus electis suis. Adeo fortes, preciosus sanguis Christi effusus, eos fecit & constātes, & ad quid uis pro nomine Iesu sufferendū paratos. Sed calamum cohibeo, quia laus eorū per oēs Ecclesias est in Euangelio. Sic namq; Lucas ait, maximis unum offerens preconijis: *Et ecce uir uirtutis, qui non abiit in cōsilio impiorum, nec stetit in uia peccatorum; & in cathedra derisorum non sedit. Nō mine Ioseph, qui era decurio, uir bonus et iustus.* Nā omnibus oīa quęcunq; uoluit ut ei facerent, eis fecit. Et quę noluit sibi ab alijs fieri, alijs non fecit. Hic nō cōsenserat cōsilio et actibus impijs, qui rei erant corporis & sanguinis Christi, ab Arimathia, quę olim Ramatha dicebatur, ciuitate Iudæę, qui

Matth. 4.

2. Mar. 1.

A. 1.

Psal. 21

Math. 10.

Rom. 6.

Luca. 12.

2. Cor. 8.

Psal. 1.

Lūc. 7

qui

214 PASSIO DOMINI NOSTRI

qui expectabat & ipse regnum dei, quod primum
 est querendum cum iustitia eius. Marcus ait:
 Matt. 6 nobilis decurio. Nobilis, non tam ex genere, quã
 Rom. 14 ex uirtutum omnium decore & operatione. Mat-
 theus addit, diues, in deo, in gratia, in fide, & in
 bonis operibus. Et ipse uerus discipulus erat Iesu.
 Ideo curam de corpore Iesu habuit ut sepelire-
 tur cum honore, & non proijceretur esca uolati-
 libus cœli & bestiis terræ ut alia corpora, pro
 suis sceleribus damnatorum, occultus autem pro-
 pter metum perfidorum Iudæorum, ne extra sy-
 nagogam proijceretur. Antea paruulus erat, &
 1. Cor. 12 infirmus. At modo, uir factus erat per uirtutem
 effusi sanguinis Christi, & euacuauerat quæ
 paruulorum erant, conualuerat de infirmitate.
 A deo amplius non timet eos qui corpus occi-
 dunt, & non solum ligari, sed & mori pro no-
 mine Iesu desiderauit. Ideo audacter omni timo-
 re mortis & Iudæorum frementium & rugien-
 tium instar leonum excluso, introiit ad Pilatum, sine
 cuius consensu corpora damnatorum tolli non
 poterant. Et petijt corpus Iesu, quod præciosius es-
 rat cunctis opibus, & cui omnia quæ desiderantur
 non possunt comparari. Pilatus autem miras-
 batur si, tantæ uirtutis homo & potētis, qui cœ-
 lum tenebris inoluit, solem obscurauit, qui pe-
 tras scidit, terram horribiliter commouit, adeo
 quod mundi totius machina perire uidebatur,
 mortuorum sepulchra aperuit, uelum tēpli di-
 rupit, læ mortuus esset. Et accersito Centurione &
 inters

interrogauit eū si iam mortuus esset tantus & tam potens in opere & sermone, qui cælum mouit *Luce. 24* & terram. & cum cognouisset uere eum mortuū esse a Cēturione donauit corpus illud Iesu Ioseph, Ioseph autem uir uirtutis & homo Dei mercatus syndonem, qui innocentiam Domini significabat, & lileæ castitatis eius symbolum præ se ferebat. Venit et Nicodemus cum Ioseph, postquam obtinuerat corpus Iesu a Pilato, & ipse *Iudici. 2.* animam suam in manibus suis posuit: & parat *1 Re. 28.* rus erat mori & esse cum Christo in regno suo, qui uenerat ad Iesum nocte primam, ferens secum mixturam myrrhæ, electæ & primæ, & aloes, quasi *Ioan. 5.* libras centum, ad condiendum corpus Domini. Iohannes. Permisit ergo Pilatus, corpus Christi deponi. Mattheus, iussit reddi corpus Iesu ipsi Ioseph. Marcus uero ait, Pilatus donauit corpus Iesu, Ioseph, uiro iusto, omnibus numeris absoluto. Tunc illi uiri misericordiæ, uenerunt cū seruis suis & familia, scalas & omnia quæ ad depositionem talenti & præcij mundi, necessaria erant, secum portantes. Et adhibitis scalis, extractis clauis, unus eorum in ulnas suas accepit corpus Iesu benedictum, & illius caput sup maximè stissimæq; matris gremium posuerunt. At illa caput illud tremèdum potestatibus, non cessauit osculari, lauit lachrymis & uelo capitis sui tergebat. Nec uisione illius faciei quæ plena gratia fuit, satiari potuit. Iohannes Petrus rigat fleatibus, ubi fluentia potauit Euangelij. Magdalen

- Iohann. 11. Iena pedes Domini suo pte more riuulis oculorū suorū abluit. Et ex q̄ uesper incubuit, inuoluerunt corpus in syndone munda, quia nulla unquā uel minima contagione peccati fuit maculatū, & ligauerunt eum, honestissime. Sicut de Lazaro scriptum est, quod prodijt de sepulchro, ligatus manus & pedes, & facies eius sudario erat ligata. Insuper condiebant corpus illud, cū aromatibus, myrrhæ & aloë, quæ Nicodemus, fidelis seruus & prudens secum attulerat. Omnia accuratissime & affluentissime faciētes corde magno & animo propensissimo, sicut mos est Iudæis sepelire. Morem istum Iudæi à Ioseph sanctissimo habuerūt, qui præcepit seruis suis medicis ut patrē suū Iacob aromatibus condirēt. Et ipse Ioseph, cum uniuersæ carnis uis esset ingressus, conditus est aromatibus, & sepultus.
- Horacompletorij.

ERat autem in loco ubi crucifixus est Iesus, & propter peccata nostra percussus à patre, hortus, arboribus constitus, & in horto monumentum nouum in petra excisum, in quo nondum quisquam mortuorum positus fuerat, Matthæus. Posuit ergo illud Ioseph in monumento suo nouo, quod exciderat ex petra, ne si in terra positū fuisset, Iudæi effossum mentirentur. Et si ex pluribus lapidibus esset constructū, diceretur quod per remotionē lapidū esset ablatū. Iohānes. Ibi ergo ex quo ppe erat, uesp incubuit, & magnus dies sabbati appropinquit, unde subditur, propter

pter parasceuen Iudæorū, quia iuxta erat monumen-
 tum, posuerunt Iesum in sepulchro. Sic mors Chris-
 ti fuit ignominiosa, sed sepulchrū eius est glorio-
 sum. In monumēto illo nouo, nondū quisq̄ positus
 fuerat, per hoc signante spiritus sancto, ut sicut spi-
 ritus sanctus nascituro uterū uirginalem nouū præ-
 parauerat, ad quē uir non accesserat, & uetus Adā
 nihil sui habuerat, sed tota cœlestis, qualis Adam
 nouus & cœlestis erat, cuius imaginē portauit, ita
 & resurrecturo per gloriam patris monumētum
 nouum præparauit, in quo nondum quisquam posi-
 tus fuit: Ne post domini resurrectionē ceteris corp-
 oribus in sepulchro remanentibus, surrexisse ali-
 us fingeretur à mendacibus Iudæis. ¶ Fuit item se-
 pulchrum gloriosum & sepultura Christi, eo quod
 tanto aromatum apparatu & sumptu, corpus fuit
 conditum. Tum quod in mundissima syndone fuit
 inuolutum. O magna fides horum duorum. O mag-
 num pietatis opus quod omnium dominno impē-
 derunt. Liētores Christi crucem nolebant uel mi-
 nimo digito suo contingere, unde & montem illum
 ex crucis contactu (in quo super omnia deus benedi-
 ctus in secula, maledictum & peccatū pro nobis fa-
 ctus est) coinquinari arbitrabantur. At Ioseph & Ni-
 codemus, confusione cōtempta, ad Christum extra
 castra exierunt, improprium eius portaturi, neque
 mortem abhorruerunt, neque lignum per quod fa-
 cta est iustitia, erubuerunt. Denique, neque corpus
 exanime, lacerumque, quod iam cadauer mundo
 uidebatur, abominati sunt aut ueriti attingere.

Luce. 1.

1. Cor. 15

Esai. 53.

Rom. 9

Gala. 3

2. Cor. 5

Heb. 12

Sap. 14

Isti

mus, plenus non solum gratia sed & ueritate, ut
 semper, sed etiā meritorum & honoris ingressus ^{Iob. 5}
 est sepulchrū, sicut inferatur aceruus tritici in tēpo-
 re suo. Et omnibus rite cōpletis abiit, & rediit ad
 propria. Lucas. *Subsecuta aut mulieres pię & deuo* ^{Luc. 8}
te, quę cū eo uenerant de Galilea & ministrabant
ei de facultatibus suis. Marcus Maria Magdalene
& Maria Ioseph iusti mater & mater filiorum Ze
bedęi, sedebāt contra sepulchrū aspiciētes. Mar.
ubi & quemadmodum positum erat corpus eius.

¶ Verum, non est pax impijs. Nam arguit eos
 malicia eorum, & auersio eorum increpat eos. Et
 cū sit timida nequitia, data est in omniū condēnas-
 tionē. Semper enim sēua praesumit, timida & ma-
 la conscientia. Ideo parricidę & deicidę Iudęi, his
 omnibus iuxta quod desiderauerunt peractis, tis-
 ment adhuc. Et proficiunt in peius, nequicquam ^{2. Tim. 3.}
 resurrectionem Christi uel impedire uel malitia
 sua obscurare gestientes. Sed non est sapientia, nō ^{Pro. 28}
 est prudentia, non est consilium contra dominū.
 Quia consiliū dei stat, & omnis uoluntas eius im- ^{E. Sai. 46.}
 pletur. Vnde sequitur Matthęus. *Altera autem die*
quę est post parasceuen, hoc est, ipsa die sabbati mas
gni. Nam Lyranus & Dion. alteram diem post pa
rasceuem, sabbatum dicunt & crastinū passionis.
 Concordat cum his Theophylactius, dicens: *Pos*
tero autem die quę est post parasceuen & c. Nec
 mireris quod sic fecerunt cōtra sanctificationē sab-
 bati, quia nullus eorū seruauit legem. Et qui regē ^{Ioh. 7}
 glorię, uerum hęredem, iustum & innocentē occi-

X derunt.

undecim fratres uendito Ioseph, & in exili- Gen. 37.
 um misso: Sed qua uia impedire eius exaltatio- Gen. 50.
 nem moliebantur, per eam illum ad gloriam ex- Hof. 7.
 uerunt. Et quod illi cogitabant de eo in malū,
 hoc deus conuertit in bonum. Superbus Aman,
 in laqueo periit, quem innocenti & iusto posuit
 Mardocheo. usq; in diem tertium: quia interim cor
 pus corrumpetur, & falsificabitur eius uerbum.
 Subdunt impij timoris sui causam, quæ non fuit fi-
 des ueritatis, sed adumbratio mendaciæ & iniqui-
 tatis. Ne forte ueniant discipuli eius & furentur eū,
 & dicant plebi, quod supra modum formidamus,
 quia surrexit a mortuis: & erit nouissimus error, de
 prædicatione uitæ immortalis, per multos disse-
 minatus, peior priore. Ergo ad omnia uerba & fis- in exod.
 gna stupenda Iesu & discipulorum, ut Pharaon in- Psalm. 35
 duratur, & nolunt intelligere ut bene agant. Res- 2 Timo. 3.
 sistunt ueritati ut Iannes & Mambres. Sic contem-
 nunt & blasphemant uerbum dei, & suapte ma-
 licia & obstinatione indignos se iudicant & faci-
 unt uita æterna. Verum etiam dicunt quo ad se:
 quia primo ignorabant, modo autem & Christū
 & pœnitentiam contemnunt. At illis Pilatus: Habe- Act. 13.
 tis custodiam, hoc est: accipite milites qui ad hoc
 parati sunt, ite custodite sicut scitis. q. d. Sufficiat Iob. 19
 uobis quod in mortem consensu innocentis, quæ Eccle 11
 uos timetis, curate si uultis. Illi autem abeūtes, pro
 nihilo habentes quod erat dies pasche, munierunt
 sepulchrum, & obsederunt tabernaculum eius in
 giro. Quia multæ sunt insidiæ dolosorū, signantes
 annulis

22 PASSIO DOMINI NOSTRI

DAN. 6

annulis suis, lapidem superpositum, cum custodibus in circuitu positus. Sic rex Darius, bono corde, ne quis Danielem uim faceret, signauit lapidē q̄ positus erat sup os laci, annulo suo, & annulis optimatū suorū. Et omnia quæ impij adhibuerūt ad sepulchri custodiam, certificant nobis resurrectionis fidem, & illos accusant & damnant, quod credere noluerunt agnitæ ueritati.

Appendix

Sap. 2
Sap. 17

TECUM obsecro, quam horribiliter istos impios malitia excæcauit. Ecce catenam tenent brarum palpabilem, qua omnes inimici unigeniti filij dei sunt colligati. Hęc est grauis nox illis superposita, imago tenebrarum æternarum, quæ superuentura erat illis in qua pertransierūt, computruerunt & perierunt omnes bestię syluę, contra quas agnus dei pugnauit in Iudæa, intrās & exiens in Hierusalem, & fiducialiter agens. Criminabantur sepius sanctum sanctorum, quod sabbatū solueret, legem præuicaretur, uel solo uerbo sanando, uel contactu manus suæ sanctissimæ, ut mulierem illam infœlicem, quam annis decem & octo alligauerat Satanas. Sic hominem illum qui 38. annos in infirmitate habuit, uerbo solo sanauit. Sic sanauit solo uerbo eum qui manum arida n̄ habuit. Sic sanauit hydropticum tactu manus suæ. Sic lutum fecit ex sputo, liuuit oculos cæcī nati, & sic eum uidere fecit. Hęc autem & alia, ad honorem dei & consolationem male habentiū & ædificationem electorum, sabbato fecit. Ideo crimina

Luc. 6
Kuc. 13
Iob. 5
Mat. 12
Mar. 3

eriminabatur prævaricationis legis, blasphemabatur esse peccator, negebatur esse à deo, dicebatur habere demonium, imo appellabatur Beelzebub, & id genus scommatibus innumeris, inhonorabatur candor lucis æternæ, & speculum sine macula. In istis & alijs electis suis operibus, maculam posuerunt, ea Beelzebub attribuendo, & bonum dicebant malum, lucem tenebras ponendo & dulce in amarum. Sed mentiebatur iniquitas sibi. Satanâs olim beato Iob derogauit mendaciter coram facie dei. Et quem deus laudibus cumulauit immodicis, hunc Satan confictis maculat mendacijs. Sic uirum secundum cor dei, omnis ecclesia sanctorum laudibus prosequabatur, & solus turbescens Saul odio iniquo & gratis, persequebatur, & mortificare quæsiuit. At Iesus Christus plus est innocens manibus & mundo corde, quam Iob & David: Quia peccatum non fecit, imo nihil mali fecit, nec uos de ullo peccato eum arguere potueritis, nec potestis adhuc: sicut nec princeps huius mundi pater uester diabolus, quicquam in eo habuit. Vos autem nunquam legem dei seruaftis, nec seruatis adhuc usque diem. Sed corrupti & abominabiles facti estis, in studijs uestris. Quid dicam de sabbato communi, ecce non sanctificatis summum festum diem paschæ. Nam in eo blasphemaftis sanctum Israel, dicendo, seductor ille dixit ad huc uiuens. Tunc abieciſtis legem altissimi, currabatis erecto collo aduersus deum, peccastis in omnem iustitiam eius, nitendo maculam ponere in
 X iij gloriam

Eccle. 12

Matt. 12

Esaï. 5

Esaï. 8

Dan. 6.

324 PASSIO DOMINI NOSTRI

gloriam Christi, impedire eius resurrectionem, fidē ueram opprimere, salutem mundi frustra impedire. Sic sanctificatis sabbatum, uel diem festum Paschæ, compellendo Pilatum, petendo sepulchri custodiam, munire sepulchrum militibus, signando annulis? Verum sic inique agitis usquequaque, additis peccatum super peccatum, semper proficitis in peius, magis appropinquantes ad portas mortis, impletis peccata uestra semper. Impletis mensuram patrum uestrorū, & facti sic estis supra modum peccātes peccata ad mortē, quę neq; in hoc seculo, neq; remittunt in futuro.

¶ Statueram ipse mecū alterum librū elucubrare, de documentis ex amara Christi passione collectis: Verum cum hic, prejer institutum, iusto prolixior excreuerit, reduxi cāsculum, mutauī consiliū, ac uela uerti: Tum, ne prolixitate nimia lectori tedium & nauseam generem, tum, quod alij multi hoc locupletissime præfiterint: Maxime V. pater Iohannes Lantzbergius, ordinis Carthusianorum ornamentū & decus, in suo libro tertio, quē scripsit de passione seruatoris nostri, ad quem lectorem remitto. Siquidem, non solum olent lucernam libri isti tres eius de passione Christi, sed & gratiam exuberant, & ignem illum quem Christus in terram misit, uoluitq; in cordibus nostris accēdi & uehemēter ardere, miro modo de petro Christo excutiūt, augēt, fauēt & cōsummāt eis, qui illos cū attentōe legūt, rumināt, & uelut myrrhæ fasciculū; intra cordis sui ubera custod iunt.

Nunc